This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

GRAD
888
D3apO
S38
BUHR

A 784,363

Schulze, Demosthenis quae fertur


1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

PROLEGOMENON

IN

DEMOSTHENIS QVAE FERTVR

ORATIONEM ADVERSVS APATVRIVM

CAPITA DVO.

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSVMO

PHILOSOPHORVM ORDINE LIPSIENSI

RITE INPETRANDOS

SCRIPSIT

ERNESTVS RICARDVS SCHVLZE

BVDISSINVS.

SEMINARI PHILOL. LIPS. NVPER SENIOR

LIPSIAE

TYPIS G. KREYSINGI

A. MDCCCLXXVIII.

888
D3ap O
S 22
Eu+R



OTTONI KREVSSLERO

ILLVSTRIS GYMNASI BVDISSINI RECTORI

CAROLO CHRISTIANO SCHVBARTO

EIVSDEM SCHOLAE CONRECTORI AC PROFESSORI

PRAECEPTORIBVS CARISSVMIS ET AMANTISSVMIS

D. D. D.

ERNESTVS RICARDVS SCHVLZE

BVDISSINVS.

154314

Ex septem illis orationibus exceptoriis, quae sub Demosthenis nomine circumferuntur, ea, quae aduersus Apaturium conposita atque habita est, et ictorum et grammaticorum studia non minimum excitauit. nec mirum: nam quae res illa oratione enarrantur, eae partim tam difficiles sunt et tam obscurae, ut quando quidem nostra iuris Attici ciuilis scientia, quippe quae non ex legibus ipsis sit sumpta, sed ex singulis quas oratores tractauere caussis hausta, minus absoluta et perfecta est, plus semel difficultates appareant tantae, quae sola coniectura explicari possint. sermo autem orationis, quamquam non est agrestis nec inconditus, tamen eo ornatu ea elegantia ea ui carere uidetur, quibus summus Graecorum orator ceteris praestitit. quod si quaesieris, qui factum sit ut ego denuo eandem rem pertractandam susciperem: non nullam in spem ueneram fore ut Demostheni orationem uindicare possem. quam tamen spem falsam et uanam fuisse mox sensi. quam ob rem ne quam operam in cognoscenda et iudicanda oratione illa collocassem, ea prorsus perdita esset, prolegomena ad eam conscribere constitui, num forte eis aliquantulum ad accuratiorem Graecarum litterarum cognitionem conferre possem.

Caput I.

De caussa, quae in oratione aduersus Apaturium scripta enarratur, agitur [1]).

Antea quam ad ipsam caussam accedamus, de hominibus qui in hac oratione partes agunt paucis exponamus necesse est. nomen eius qui aduersus Apaturium excepit, quem nos breuitatis caussa actoris nomine significabimus, quod fuerit ignoratur. atque iam antiquis id temporibus obliuione obrutum fuisse et per se patet — nam Demosthenis orationes priuatas plerumque neglectas iacuisse constat — et aperte Libanius, is qui IIII post Christum natum saeculo argumenta orationum confecit, testatur eo, quod actorem simpliciter *τὸν παραγραφόμενον* dicit. aetate uero iam progressum fuisse actorem tum, cum exceptionem intenderet, inde plane apparet, quod post quam multa multas in terras itinera maritima mercaturas faciundi caussa confecit, iam paene septem annos continuos Athenas non reliquit, sed quo uitam suam sustentaret, pecuniam mercatura partam usuris nauticis foeneratus est [2]). condicio

1) Eadem de re exposuere:
Libanius in argumento orationis XXXIII,
J. Hermannus in libello qui inscribitur einleitende bemerkungen zu Demosthenes paragraphischen reden, Erfurti 1853, pagg. 7 proxx.,
Arnoldus Schaefer in libri qui est de Demosthene eiusque aetate uolumine IIIB, pagg. 297 proxx.,
Rudolphus Darestius in I uolumine libri qui inscribitur les plaidoyers civils de Démosthène traduits en français avec arguments et notes, Parisiis 1875, pagg. 197 proxx.,
Fridericus Blassius in libri de Atheniensium eloquentia uolumine III, Lipsiae 1877, pagg. 511 proxx.

2) cf. §§. 4. 5.

autem eiusdem quae fuerit ambigitur. Arnoldus Schaefer l. cl. inquilinum (*μέτοικον*) Atheniensem cum fuisse pronuntiauit nullis additis argumentis, quae tamen addi necesse fuit, quia nullo orationis loco inquilinum se esse dilucide actor profitetur. quid igitur mirum Darestio[1]) hanc Schaeferi sententiam ueritatis fundamento carere uisam esse? nec Blassius litem diremit: hic enim uir doctus ambiguis uerbis usus negotiatorem Atheniensem eum fuisse dicit, ut ipse dubitauisse uideatur, utri potius uirorum illorum doctorum fides habenda esset. quae cum ita sint, denuo res eadem mihi consideranda uidetur esse. Schaefer quidem, ut inquilinum esse actorem diceret, in primis impulsus esse uidetur orationis paragraphi quintae uerbis hisce: *τούτοις δὲ τοῖς Βυζαντίοις καὶ πάνυ οἰκείως χρῶμαι διὰ τὸ ἐνδιατρῖψαι αὐτόθι*, ex quibus uerbis hoc elucet actorem aliquando Byzanti commoratum esse. nec paucos eum dies existimandum est in illa urbe uersatum esse, dum merces mutauisset: nam *τὸ ἐνδιατρῖψαι* illud *τῷ πολλαχόσε ἀφῖχθαι* quod ante scriptum est particula *δέ* ab oratore oppositum est. uerum quamquam diutius aliena in urbe actorem commoratum esse concedendum est, tamen non iam illud efficitur peregrinum eum fuisse: nam quid obstat, quo minus ciuem Atheniensem negotiandi gratia diutius Byzanti fuisse censeamus? neque enim sicuti Spartae ita Athenis leges prohibebant, quo minus ciues extra patriae fines aliquamdiu uitam degerent.[2]) quid quod Leocrates[3]) ille, qui Atheniensium ad Chaeroneam clade audita propter timorem clam urbem reliquerat, ita se a Lycurgo defendere cogitauit, ut negotiandi caussa se diutius quam quinquennium a patria abfuisse diceret? nec Lycurgus plane negat negotiatori Atheniensi aliquamdiu extra patriae fines uersari licere, sed hoc reo exprobrat, quod clam fugit, hoc reprehendit, quod amicam et famulas secum eduxit, hoc

1) pag. 199: A. Schaefer croit que l'orateur est un étranger comme Parménon et Apatourios: mais cette coniecture nous paraît dénuée de fondement.

2) cf. Hermanni antiqq. III. § 52. not. 2.

3) cf. Lycurgi or. contra Leocr. 55 e. q. s.

uituperat, quod patriis aedibus uenditis penates Megaram transferendos curauit, hoc denique accusat, quod periculosissimis temporibus rem publicam deseruit.

iam equidem uereor, ne quis aut ea, quae Androcles contra Lacritum protulit [1]), aut ea, quae in oratione XXXII exstant [2]), recordatus ueri simile esse dicat actorem inquilinum non ciuem esse, propterea quod nusquam ciuitate sua utatur, ut in aduersarium peregrinum iudicum odium excitet. at uero cum in omnibus litibus mercatoriis, in quibus et ciuibus et inquilinis peregrinisque aeque caussas agere atque defendere licitum fuit [3]), hoc artificium minimum ualeat, tum oratio aduersus Apaturium scripta tam simplex est tam recta tam ira et studio uacua, uix ut eius modi conuitio inueniatur locus. nec exempla, quae supra allata sunt, satis in rem quadrant: nam in oratione XXXV reos non eam ob caussam ab accusatore exagitari et uexari, quod peregrini sint, sed propterea quod Phaselitae sint, quae gens una omnium callidissima et fraudulentissima existimabatur, hoc facile tibi persuaseris, cum exordium orationis eiusdem accurate perlegeris, in XXXII autem oratione nec dedita opera neque inuidiose discrimen inter ciues et peregrinos statui ipse sententiarum conexus docet.

alteram denique in sententiam ut ciuem actorem fuisse conprobetur, afferre licet orationis XXXIII paragraphum quartam decimam, ubi haec sunt: *ἐπιτρέπουσιν ἐνὶ μὲν διαιτητῇ κοινῷ Φωκρίτῳ πολίτῃ αὐτῶν, ἕνα δ' ἑκάτερος παρεκαθίσατο, οὗτος μὲν Ἀριστοκλέα Οἰῆθεν ὁ δὲ Παρ-*

1) XXXV. 26. *ἀλλὰ πεπόνθαμεν καινότατον· ἐν γὰρ τῇ πόλει τῇ ἡμετέρᾳ αὐτῶν οὐδὲν ἀδικοῦντες οὐδὲ δίκην οὐδεμίαν ὠφληκότες τούτοις σεσυλήμεθα ὑπὸ τούτων Φασηλιτῶν ὄντων, ὥσπερ δεδομένων συλῶν Φασηλίταις κατ' Ἀθηναίων.*

2) XXXII. 23. *πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν καὶ δεινὸν ἂν γένοιτο, εἰ Κεφαλλῆνες μέν, ὅπως τοῖς Ἀθηναίοις σωθῇ τὰ χρήματα, δεῦρο πλεῖν τὴν ναῦν ἔκριναν, ὑμεῖς δ' ὄντες Ἀθηναῖοι τὰ τῶν πολιτῶν τοῖς καταποντίσαι βουληθεῖσι δοῦναι γνοίητε.*

3) cf. Buechsenschuetzi librum qui inscribitur besitz und erwerb im altertume pag. 531, Platneri librum de Atticorum litibus et accusationibus I. pag. 89, Baumstarki prolegomm. in orationem Demosthenis aduersus Phormionem, Heidelbergae 1826, pag. 33.

μέvων ἐμέ. dicet aliquis ueri simile esse Parmenontem pariter atque Apaturium ciuem arbitrum sibi sumpsisse, ut aequa litigantes uterentur condicione. at hoc argumentum quam lubricum sit nemo non uidet.

quae cum ita sint, omnibus rebus perpensis nihil inuenio cur Schaefero assentiendum sit, quamquam quae est penuria argumentorum, ne illud quidem pro certo affirmari potest, ciuem fuisse actorem.

de Apaturio [1]), cui exceptio intenta est, nihil dicendum est nisi hoc: mercatorem Byzantium eum fuisse. quae enim praeterea monenda sunt, sua sponte in reliqua narratione occurrent.

Iam uero caussa quae sit uideamus[2]): tertio anno ante quam exceptio intenta est, Apaturius ille et Parmenon Byzantius, qui tamen tum exsul [3]) Ophryni domicilium habuit, Athenis ad actorem adeunt ab eoque petunt, ut Apaturi calamitati succurrat. hic enim naui oppignerata XXXX minas debuit, ei autem qui crediderant, cum dies soluendo constituta praeterisset, fortiter pecuniam reposcebant et nauem, ut leges concedebant [4]), sibi uindicabant [5]). quamquam quae Apaturius, ut actoris misericordiam moueat, narrat creditores nauis cupiditate inpulsos existimationi suae in emporio obtrectare, ne quis sibi pecuniam mutuam

---

1) nomen aduersari notum est ex §§ 3. 4. 9. 16. 22. 28. 35. 37.

2) cf. §§ 5—8.

3) Libanius in argumento pag. 891 Parmenontem φυγὴν ἐκ τῆς πατρίδος καταδεδικάσθαι ad exsilium a iudicibus damnatum esse ait. hoc recte dictum sit necne diudicari nequit. grammaticus enim ille sine dubio quae dixit ex orationis uerbis his φυγὰς δ' ἐκεῖθεν (5) conclusit. uoce φυγάς autem etiam is designari potest, qui aut ultro, antea quam iudicium fiat, in exsilium abit, aut rebus ciuilibus perturbatis sua sponte patriam relinquit.

4) cf. Meieri et Schoemanni liber de litibus Atticis pag. 508 proxx.

5) quod Darestius l. cl. dicit: le terme était échu et ses créanciers le poursuivaient, hoc non intellego. an uir ille doctus cogitauit de actione, quam creditores Apaturio intendissent? actione autem opus non erat. etenim quia nauis oppignerata erat, creditoribus, ut primum dies soluendo constituta praeterlapsa est, nauem uendendi ius erat. cf. Meier. & Schoem. l. cl.

det, eis fides habenda nulla est: nam creditores die soluendi praeterlapsa statim nauem occupare poterant [1]): ut etiam post eam diem exspectarent, si pecuniam debitam reddere posset Apaturius, huius ipsius fallaciis commoti uidentur esse, qui pecuniam sibi iam promissam esse dictitasse existimandus est. actor uero probum hominem Apaturium esse arbitratus precibus eius obsecutus est, ut cum Parmenon decem se minas daturum pollicitus esset, triginta minas reliquas ipse promitteret. sed actori pecunia tum non erat. quid igitur? Heracliden argentarium commouit, ut Apaturio XXX minas suppeditaret. cuius quidem pecuniae actor praes factus est. postea autem quam XXX illae minae solutae sunt, Parmenonti cum Apaturio rixa exorta est tam atrox, ut pecuniam promissam tradere nollet. qua de re rixa fuerit orator non dicit, sed aliqua cum probabilitate conici potest fidem Apaturi Parmenonti suspectam caussam fuisse: nam Parmenon non modo tum pecuniam promissam tradere omnino noluit, sed postea etiam per alium contractum faciundum curauit et diligentissime semper attendit, ne quid ille fraudis moliretur. at actore, ut ex eis quae secuntur concludendum mihi uidetur, intercedente Parmenon, cum iam tres minas dedisset, reliquas quoque dare coactus est. ipse autem, ut modo monuimus, pactionem cum Apaturio conficere non uolt sed actori totam rem mandat. qui quidem quem ad modum hanc rem expedierit nunc uideamus: oratoris uerba sunt haece (8): *ἐμὲ δ' ἐκέλευε πρᾶξαι ὅπως αὐτῷ ὡς ἀσφαλέστατα ἕξει· λαβὼν δ' ἐγὼ τὰς ἑπτὰ μνᾶς καὶ τὰς τρεῖς ἃς προειλήφει οὗτος παρ' ἐκείνου ἀνθομολογησάμενος πρὸς τοῦτον ὠνὴν ποιοῦμαι τῆς νεὼς καὶ τῶν παίδων κτέ.* quae quidem uerba plerique editorum recentiorum Reiskium [2]) secuti ita interpretantur,

---

1) cf. pag. 5 adn. 4.

2) Reiskius haec: ‚cum ita conparassem, ut Apaturius illas quadraginta minas profiteretur sibi a me mutuo datas esse, et cum ego rursus illi spopondissem me nauem illi restituturum esse, si quadraginta illas minas mihi redderet.' et idem in indice Dem. s. u. *ἀνθομολογεῖσθαι*: ‚*ἀνθομολογησάμενος πρὸς τοῦτον*: cum curassem, ut Apaturius sollemniter conceptis uerbis coram magistratu pro-

ut interpunctione post *παρ' ἐκείνου* posita *ἀνθομολογησάμενος πρὸς τοῦτον* uerba ad proxima pertinere existiment. sed haec interpretatio, quamuis interpretibus placuerit, tamen uel idcirco ferri non potest, quod ea accepta uerbum requiritur, a quo *τὰς τρεῖς* accusatiuus pendeat: nam quo minus *τὰς τρεῖς* cum Reiskio ad *λαβών* referamus, prorsus illud prohibet, quod tres illas minas non actor accepit, sed Apaturius, ut dilucide bis [1]) dicit ipse orator, iam antea acceperat. nec credi potest eas ab Apaturio ante pactionem actori traditas esse: neque enim dubium est, quin ille eas, simul atque accepit, creditoribus, qui uehementissime reposcebant, confestim reddiderit. recte igitur Darestius H. Wolfium secutus *ἀνθομολογησάμενος* cum antecedentibus uerbis coniungendum esse sensit. quod autem uir ille doctus uertit (pag. 203) ‚je me fis subroger par Apatourios dans la créance des trois mines que Parménon avait déjà versées [2])', equidem assentiri non queo: nam de substituendi notione uerbi *ἀνθομολογεῖσθαι* cogitari non potest, propterea quod persona, pro qua alteram substitutam esse Darestius dicit, nec nominatur neque ex conexu sententiarum intellegi potest. ceterum illa uocis *ἀντί* notione accepta *ἀνθομολογεῖσθαι τὰς τρεῖς μνᾶς* non esset ‚alius

---

fiteretur se nauem suam uendidisse.' idem sibi persuasit Rudolphus Gneistius in libro, qui inscribitur Die formellen verträge des neuern Römischen obligationsrechts in vergleichung mit den geschäftsformen des Griechischen rechts, Berolini 1845, pag. 435: ‚*ἀνθομολογεῖν* (!) [kommt] für eine gegenstipulation bei Demosthenes g. Apatur. 894. 24 vor.'

1) 7. *καὶ τούτων δεδωκὼς τὰς τρεῖς* 8. *καὶ τὰς τρεῖς ἃς προείλήφει οὗτος.*

2) uerba je me fis subroger Darestius pag. 214 his explicat: en d'autres termes „je convins avec Apatourios, qu'il devrait à moi non à Parménon." c'est un novation par substitution d'un créancier à un autre. la plupart des interprètes entendent autrement *ἀνθομολογησάμενος*. selon eux le sens serait: „je fis avec Apatourios une convention produisant des obligations réciproques." mais la particule *ἀντί* exprime l'idée de substitution et non celle de réciprocité. c'est ainsi que nous trouvons dans Démosthène *ἀντεγγράψειν* avec le sens de transscribere a persona in personam.

creditoris loco ipsum illarum trium minarum creditorem fieri', sed ‚pro alia pecunia III minas promittere': ὁμολογεῖσθαι enim ‚promittere' significat. iam quae mea sit sententia paucis conplectar. magna ex parte equidem assentior H. Wolfio, qui u. d. ea de quibus agitur uerba in adnotatione ad h. l. sic uertit: ‚cum apud illum (Parmenontem) confessus essem me et tres illas minas Apaturio datas accepisse'. hac enim una in re errauit Wolfius, quod πρὸς τοῦτον uerba ad ἀνθομολογησάμενος rettulit et pronomine isto τοῦτον Parmenontem, qui quidem ἐκεῖνος pronomine indicatur, significari uoluit. quod uitium ut uitemus, nos interpunctione post ἀνθομολογησάμενος posita πρὸς τοῦτον uocabula ad ὠνὴν ποιοῦμαι referimus uerbaque, quae supra proposuimus, sic uertimus: ‚cum septem minas accepissem et tres illas, quas iam antea iste (Apaturius) ab illo (Parmenonte) acceperat, (Parmenonti) recepissem [1]), aduersus istum (Apaturium) emptionem nauis facio (i. e. ab isto nauem emo)'.

syngrapham hoc de negotio conpositam esse intellegitur ex paragrapho duodecima, ubi haec sunt: τὰς συγγραφὰς ἀνειλόμεθα, καθ' ἃς ἐδανείσθη τὰ χρήματα. uerum quod syngraphae hoc loco nominantur, de duabus syngraphis cogitandum uidetur esse, quarum alteram Apaturium et Heracliden argentarium, qui XXX minas mutuas dederat, alteram Apaturium et actorem conposuisse existimandum est. de tertia quadam syngrapha, qua Apaturius Parmenonti X se minas debere confessus sit, cogitandum non est: nam Parmenon, ut antea uidimus, ipse contractum cum Apaturio conficere noluit.

argumenta syngrapharum quae fuerint nunc, si placet,

1) ἀνθομολογησάμενος τὰς τρεῖς μνᾶς: actor, cum septem minas reliquas a Parmenonte acciperet, contra in [se recepit tris minas Apaturio iam datas. sed uero haud scio an pro ἀνθομολογησάμενος substitui praestet ἀνομολογησάμενος, ueluti in papyro, quae a Caillemero in libri, qui inscribitur études sur les antiquités juridiques d'Athènes, particula IIII (Parisiis 1867) pag. 32 edita est, u. 15 haec scripta uides: τοῦτο δ' ἐστιν τὸ δάνειον ὃ ἀνωμολογήσατο ἔχειν παρ' αὐτῶν.

uideamus: altera syngrapha Apaturius XXX minas ab Heraclide se mutuatum esse profitebatur, qua die pecunia reddenda esset constituebatur [1]), actor debitoris praes esse dicebatur. nec uero iam in hac syngrapha pignoris mentio uidetur facta esse: nam Heraclidae damnum praestare debuit actor, a quo ut ab opulento homine cautio nulla postulabatur.

altera autem syngrapha Apaturius et XXX minas se Heraclidae debere agnoscit et X minas per actorem se accepisse profitetur. dies deinde soluendae pecuniae eadem constituta uidetur esse atque in altera syngrapha, quo minor esset difficultas in contractu soluendo. iam uero eadem in syngrapha constituendum erat, quibus tandem pecuniae reddendae essent. XXX quidem illae minae dubium non est quin ipsi Heraclidae reddendae fuerint, ita tamen uidelicet, ut actor testis interesset: nam hac de pecunia separatim syngraphan conpositam esse et hanc pecuniam ab ipso Heraclide Apaturio traditam esse supra docuimus. X autem illae minae, quas per actorem Apaturius a Parmenonte acceperat, sine dubio constitutum est [2]), ut non ipsi Parmenonti sed actori redderentur: Parmenontis enim, quippe qui ipse contractum facere uereretur [3]), in ea syngrapha mentio facta esse uidetur nulla, nisi forte eius nomen inter testium nomina subscriptum erat. nam soluto contractu nauem quidem euehi prohibet sed tamen non suo nomine, quippe qui actorem accersat (10): ibi actor, ne Parmenon damnum faciat, Apaturi seruis potitur nec ipse Parmenon sibi prospicit. porro in syngrapha emptione simulata constituitur, ut et nauis et serui, qui remiges nauis fuisse uidentur [4]), actoris sint, dum XXXX illae minae

1) ueluti est XXXVII. 5: *τιθέμεθα συγγραφὰς, ἐν αἷς . . . ἣν γεγραμμένη . . . λύσις τούτῳ παρ' ἡμῶν ἔν τινι ῥητῷ χρόνῳ.*

2) cf. Schaefer pag. 297: 10m lieh Parmenon dem Apaturius, zum teil unter vermittlung des sprechers, auf dessen namen auch die schuld eingetragen wurde.

3) *αὐτὸς μὲν οὖν οὐκ ἐβούλετο* (Parmenon) *ποιήσασθαι τὸ συμβόλαιον, ἐμὲ δ' ἐκέλευε πρᾶξαι ὅπως αὐτῷ ὡς ἀσφαλέστατα ἕξει.*

4) cf. Darest. pag. 214 not. 6: ces esclaves étaient sans doute l'équipage du navire d'Apatourios.

dissoluantur [1]). nec tamen serui in actoris domum deducti sunt, sed in potestate Apaturi eos mansisse luculentissime ex eo intellegitur, quod actor postea demum, cum Apaturius pactionem laesisset, eis potitus est — *κατηγγύησα τοὺς παῖδας* (9) —. nec tamen existimandum est emptionem non fuisse nisi commodationis speciem tutiorem — quae Platneri [2]) uidetur fuisse sententia — sed haec fuit ratio, ut Apaturius in syngrapha nauem et seruos ab actore conducere diceretur [3]). sic certe facillime potest explicari, quod nec in octaua nec in duodecima paragrapho usurarum mentio fit: debuit enim Apaturius cotidianae quam serui conquirebant mercedis partem creditoribus reddere [4]). denique nominatimne syngrapha sanctum sit, ne Apaturius insciente actore nauem solueret, quod si fecisset, nauem re uera uendendam esse, hoc non sine caussa dubitari potest: mihi quidem ueri similius uidetur ipsis legibus, quas de rebus mercatoriis

1) Meier, qui in historia iuris Attici de bonis damnatorum pag. 151 not. 494 haec disputat: ‚apud Athenienses debitor in possessione rei ita quasi mancipatae permansit et contra alium quemcumque omnia iura domini obtinuit, contra creditores autem conductor tantum et usufructuarius fuit. s. u. c. Parmeno Apaturio in nauem quandam XXXX minas mutuas dabat, uoleba autem, si statuto die XXXX illae minae non redderentur, statim et quasi ipso iure nauis dominium et possessionem habere, iubeba Apaturium nauem illam sibi uendere h. e. Parmeno *ὠνὴν ποιεῖται* et Apaturius *πρατὴρ γίγνεται τῆς νεώς* sub hac lege, u redditis XXXX minis dominium nauis ad Apaturium rediret. ho eum effectum habuit, ut Apaturius, quam diu debitor erat, nauen quidem retineret, sed tanquam conductor et usufructuarius, Parmen autem uerus dominus esset. cf. Dem. c. Apatur. 894. 17. memoria lapsus Parmenonti actoris partes dedit.

2) cf. Platneri litt. Att. II. pag. 308: ausser der hypothek pflegte man sich durch kauf auf wiederkauf wegen befriedigung seiner schuldforderungen sicher zu stellen (Dem. gegen Ap. 895) auch geschah es, dass der gläubiger die grundstücke, worau er borgte, kaufte und sie an die schuldner für den betrag de zinsen verpachtete (geg. Pant. 967).

3) cf. notam 2. et Meier. & Schoem. litt. Att. pag. 507 et Darest pag. 248.

4) ueluti est Dem. XXXVII. 6. *τιθέμεθα συνθήκας ἐν αἷς τε μίσθωσις ἦν γεγραμμένη κτέ.*

admodum seueras fuisse constat[1]), constitutum fuisse, ut pignus, si debitor pactionem laesisset, confestim creditoris esset.

haec de argumentis syngrapharum monuisse satis habeo: iam uero res gestas sicuti coepimus narrare pergamus. accidit[2]), ut Heraclidae argentaria dissolueretur, ipse autem Heraclides creditorum odium metuens[3]) se absconderet. hac opportunitate usus Apaturius nauem et seruos ex portu educere conatur. quod ubi sentit Parmenon, eum aufugere prohibet et actorem accersit. hic, ut sponsione se liberet, Heraclidae creditoribus nauem[4]) tradit, ita tamen ut X Parmenontis minas in ea esse collocatas moneret, seruis autem hospitis sui commodo prospiciens potitur ipse. ceterum quod quamquam seruos sibi uindicat, nihilo minus creditoribus dicit Parmenonti quoque nauem oppigneratam esse, hoc uel facillime sic explicari potest, ut dicamus nauem ab actore plus XXX et minus XXXX minis aestimatam esse[5]).

ea quae secuntur orator paucis indicat. Apaturius,

---

1) cf. [Dem.] XXXIIII. 51. *οἱ γὰρ εὐπορίαι τοῖς ἐργαζομένοις οὐκ ἀπὸ τῶν δανειζομένων ἀλλ' ὑπὸ τῶν δανειζόντων εἰσὶ καὶ οὔτε ναῦν οὔτε ναύκληρον οὔτ' ἐπιβάτην ἔστ' ἀναχθῆναι, τὸ τῶν δανειζόντων μέρος ἂν ἀφαιρῆτε· ἐν μὲν οὖν τοῖς νόμοις πολλαὶ καὶ καλαὶ βοήθειαί εἰσιν αὐτοῖς* et q. s.

2) cf. §§ 9—12.

3) Thonissenus in libro qui inscribitur le droit pénal de la république Athénienne, Bruxellis et Parisiis 1875, pag. 402 haec dicit: on peut donc supposer qu'il voulait (Heraclides) se soustraire à des peines qui nous sont demeurées inconnues. cf. [Dem.] XXXXVIIII. 68. *ἡδέως δ' ἂν ἔγωγε πυθοίμην ὑμῶν, εἰ ὀργίζεσθε τοῖς ἀνεσκευασμένοις τῶν τραπεζιτῶν· εἰ γὰρ ὀργίζοισθε δικαίως ὅτι ἀδικοῦσιν ἡμᾶς, πῶς οὐκ εἰκός ἐστι βοηθεῖν τοῖς μηδὲν 'δικοῦσιν.*

4) actor quidem dicit *τὸ ἐνέχυρον* — immo *ὑποθήκην* dicendum erat cf. Meier. et Schoem. litt. Att. pag. 505 — creditoribus se tradidisse: sed quamquam serui quoque oppignerati erant, tamen non cogitat nisi de naue, id quod luculentissime ex uerbis proximis elucet: *παρέδωκα τὸ ἐνέχυρον* inquit *εἰπὼν αὐτοῖς ὅτι ἱ μναῖ ἐνείησαν τῷ ξένῳ ἐν τῇ νηΐ· ταῦτα δὲ πράξας κατηγγύησα τοὺς παῖδας.*

5) 10. *κατηγγύησα τοὺς παῖδας, ἵν' εἴ τις ἔνδεια γίγνοιτο, τὰ ἐλλείποντα ἐκ τῶν παίδων εἴη.*

quem maliuolentissimum hominem fuisse tota ex oratione elucet, multas difficultates mouet nec quicquam praetermittit, quin actorem irritet [1]). sed nihilo minus nauis uenit, nauis [2]) inquam: neque enim A. Schaefero [3]) et Darestio [4]) assentiendum est, qui uu. dd. seruos cum naue uenisse affirmauere. nam nauis et serui semper accurate ab oratore distinguuntur §§ 8, 9, 10, 11, paragrapho duodecima autem non agitur nisi de naue uendita. hac uero in paragrapho nauis uocabulo nauem cum seruis significatam esse eo minus existimandum est, quod decima paragrapho dilucide dictum est actorem seruis potitum esse *ἵν' εἴ τις ἔνδεια γίγνοιτο, τὰ ἐλλείποντα ἐκ τῶν παίδων εἴη*. quod si XXXX minis uenibat nauis, quid seruos uendere opus erat? naue igitur uendita et XXX minis Heraclidae creditoribus, X autem minis Parmenonti redditis syngraphae multis testibus praesentibus delentur neque quicquam iam amplius inter se esse negoti et actor et Apaturius profitentur.

iam uero [5]) Parmenon Apaturio litem intendit, et quod uerberibus ab eo affectus erat, cum eum prohiberet, quo minus seruos abduceret — ad tantam impudentiam processerat homo iste maliuolentissimus — et quod ab eo impeditus erat, ne in Siciliam proficisceretur. quod A. Schaefer [6]) dicit Parmenontem ipsis uerberibus ab Apaturio ingestis ita conflictatum esse, ut iter propositum suscipere non posset, plane assentiendum est. neque enim ulla alia caussa probabilis inueniri potest, cur sit impeditus. caue uero ne illud tibi persuadeas, difficultatibus illis, quas naue occupata ab Apaturio motas esse uidimus, eum retardatum

---

1) *πάντα δὲ ποιήσας καὶ εἰς πᾶσαν ἀπέχθειαν τούτῳ ἐλθὼν μόλις εἰσέπραξα τὸ ἀργύριον.*

2) cf. Boeckhi oecon. ciuil. I. pag. 156.

3) pag. 297.

4) pag. 198: les liquidateurs de la banque font vendre la navire et l'équipage, cl. pag. 214 not. 6. ces esclaves étaient sans doute l'équipage du navire d'Apatourios.

5) cf. § 13.

6) pag. 298 summ.

esse: hoc enim qui tandem fieri potuit, cum Parmenonti cum Apaturio nihil negoti esset? huc accedit, quod una intenta est actio [1]), ut duae illae quae ab oratore prolatae sunt caussae aliqua ratione conectendae sint.

age uero quaeritur nunc, quam potissimum actionem Parmenon intenderit. prout enim uel hanc uel illam ex caussis ab oratore allatis magis presserimus, aut *δίκη βλάβης* aut *δίκη αἰκίας* intellegenda est. quid igitur mirum, si est magna uirorum doctorum dissensio [2])? Schaefer pag. 298 et Thonissenus [3]) *δίκην βλάβης* fuisse dicunt, Meier [4]) et Platner [5]) ambiguis oratoris uerbis inducti duas fuisse actiones et *δίκην αἰκίας* et *δίκην βλάβης* perperam statuunt, Darestius denique pag. 198 [6]) certum iudicium facere non audet, utra sit praeferenda actio. quod si aliqua oratoris uerbis fides habenda est, *δίκην αἰκίας* intellegi praestat. etenim fac *δίκην βλάβης* intentam esse, quid uerberibus Parmenontem itinere prohibitum esse orator ita premit, ut dicat *τῶν τε πληγῶν καὶ ὅτι κτέ*? nam siue uerberibus siue alia re retardatus erat, litis aestimatio, quod Graeci *τίμημα* dicunt, eadem erat, cum idem esset

---

1) § 13. *ἐνεστηκυίας τῆς δίκης*: falso igitur iudicat Johannes Hermannus pag. 8, qui dubium esse dicit, unamne an duas actiones Parmenon Apaturio intenderit. cf. A. Schaefer pag. 299 not. 2, Darest. pag. 198: il n'y avait qu'une seule action intentée.

2) Libani in argumento uerba *ἐδίωκε τὸν Ἀπατούριον πληγῶν τε καὶ βλάβης* nihili faciunda sunt: is enim oratoris uerba suo iudicio non interposito repetiit.

3) l. cl. pag. 277. Parmenon en (*δίκην βλάβης*) fit autant contre Apaturios, qui l'avait empêché de faire un lucratif voyage de mer.

4) cf. litt. Att. pag. 550. hiernach wird man nicht zweifeln, dass, wenn Parmenon den Apaturius verklagt *τῶν πληγῶν οὓς ἔλαβεν ὑπὸ τούτου*, dies nur in einer klage *αἰκίας* geschehen sei, et pag. 479, Parmenon klagte gegen Apaturius *βλάβης*, weil er durch ihn an einer lucrativen seefahrt gehindert worden sei.

5) cf. II. pag. 198. eine klage *αἰκίας* ist unbezweifelt die, womit Parmenon den Apaturius wegen empfangener schläge belangt (Dem. geg. Apat. 896), et II. pag. 372. wegen dieses lucrum cessans belangt Parmenon den Apaturius (896. 20) und zwar, wie in der inhaltsangabe richtig bemerkt ist, *βλάβης*.

6) c'était donc ou l'action *αἰκίας* ou l'action *βλάβης*.

damnum quod fecerat. sin autem *δίκη αἰκίας* intenta erat, multum intererat scire, num ita uerberatus esset Parmenon, ut negotium propositum suscipere non posset. actio enim *αἰκίας*, quae, quoniam peregrini litigabant a polemarcho non a XXXXuiris [1]) instructa uidetur esse [2]), erat *ἀγὼν τιμητός* lis aestimatoria [3]). Parmenon igitur eo pluris litem aestimare poterat, quo plus damni uerberibus affectus fecerat [4]). quae cum ita sint, actionem *αἰκίας* a Parmenonte intentam esse ueri similius mihi uidetur.

actione autem instructa Parmenon Apaturio quibusdam de rebus prouocatione (*προκλήσει*) ius iurandum defert. accipit Apaturius, sine dubio ut caussam differret. nec tamen eodem die iurat, sed pecunia deposita alio se die iuraturum confirmat.

non inutilis hic mihi uidetur quaestio, num omnibus in caussis ius iurandum oblatum alio die iuratum sit. nam cautionem quod Apaturius praebet, inde consequi uidetur, ut confestim ius iurandum oblatum iurari solitum sit. sed huic rationi, quae exemplis — cf. Dem. XXXVIIII. 3, 4, [Dem.] XXXX. 10, 11, LVIIII. 60 — nec conprobari nec inprobari potest, duae res obstare mihi uidentur, primum sanctitas iuris iurandi, quae postulabat, ut is qui iurare iuberetur diutius secum reputaret, nullane relligione iurare prohiberetur, tum similitudo alterius prouocationis, qua serui ad cruciatum poscebantur, quos quidem non statim adductos esse et per se patet et perspicue ex Demosthenis or. XXXVII. 40 proxx. elucet. itaque quod Apaturius cautionem praebuit, hoc sic explicandum uidetur, ut dicamus non idcirco eum cautionem dedisse, quia alio die iuraturus erat, sed eo consilio, ut summa cum tranquillitate animi

---

1) cf. Dem. XXXVII. 33.

2) cf. Mei. & Schoem. litt. Att. pag. 54, Platner l. cl. I. pag. 103. 104.

3) cf. Boeckhi oec. ciuil. Ath. I. pag. 489, Meier. litt. Att. pag. 185.

4) cf. Meier. litt. Attic. pag. 180. adde quae Conon in Demosthenis oratione LIIII, quae quidem in actione iniuriarum uersatur, plane dicit: se propter uolnera in morbum incidisse (11) et se *οὐ μετρίας τινὰς καὶ φανλας πληγὰς λαβεῖν* (13).

et confidentia iurare se posse ostenderet itaque iudicum animos sibi conciliaret.

forsitan quaesierit quispiam, quibusnam de rebus Parmenon Apaturio ius iurandum obtulisse uideatur. iniuriarum actione, quam instructam esse antea uidimus, id potissimum quaerebatur, uter prior uerberasset *ὁπότερος ἦρξε χειρῶν ἀδίκων* [1]). itaque non sine aliqua probabilitate suspicari possumus hac ipsa de re ius iurandum oblatum esse: nam maximi momenti quaestionem fuisse ex eo intellegitur, quod Apaturius postea quacumque ratione iurisiurandi illius uim infringere studet. nec huic meae rationi obstat, quod de pluribus criminibus [2]) auctor orationis loquitur. nam sic mihi rem informo, ut duas res Apaturium iure iurando confirmare uoluisse dicam, nec priorem se uerberasse [3]) nec multas grauesue plagas aduersario inflixisse [4]).

uerum haec hactenus. iam eo redeamus unde digressi sumus. Apaturius ubi multos esse uidit, qui se, si iurasset, periuri conuicturi essent, ius iurandum dare noluit sed, ut ipsius oratoris uerbis utar, *ὡς δίκῃ λύσων τὸν ὅρκον προσκαλεῖται τὸν Παρμένοντα* ut ius iurandum irritum redderet, Parmenontem accusauit. quod quidem qui fieri potuerit admodum difficilis est quaestio, quam non prius soluere audemus, quam quae actio ab Apaturio intenta esse uideatur, paucis explicauerimus.

duae actiones ei qui accusauit ab eo qui accusatus est intendi possunt aut *παραγραφή* aut *ἀντιγραφή*. de paragraphe autem hoc loco cogitari non potest, propterea quod Apaturius non in defendenda Parmenontis accusatione uersatur, sed ipse quoque aduersarium nescio qua de re postulat. etenim nisi alter alterum accusauerit, non uideo qui res tam cito ad conpromissum adduci potuerit. accedit quod minime ueri simile est actorem, qui ipse

---

1) cf. Heffteri l. de iuris dictione Atheniensium, Coloniae Agrippinae 1822, pag. 245. Mei. & Schoem. litt. Att. pag. 548 prox. Platner. II. pag. 197.

2) *περί τινων ἐγκλημάτων* 13.

3) *τῶν τε πληγῶν.*

4) *καὶ ὅτι ἐκωλύθη τοῦ πλοῦ.*

paragraphen defendit, uerbo *προσκαλεῖσθαι* usurum fuisse, si exceptionem significare uoluisset. denique ad extremum ad paragraphen omnino non quadrant uerba *ἐνεστηκυιῶν αὐτοῖς τῶν δικῶν* (14): nam praeterquam quod actio intenta paragraphe differtur, ut pluralis numerus minus aptus esse uideatur, quo iure paragraphe *δίκη* uocari possit equidem non assequor. necesse est igitur Hefftero pag. 431 et Schaefero assentiamur, qui uu. dd. antigraphen ab Apaturio intentam esse sibi persuaserunt.

at enim de antigraphes et nomine et ui uehementer inter se dissentiunt uiri docti. Julius Pollux VIII. 58 *ἀντιγραφή* inquit *ὅταν τις κρινόμενος ἀντικατηγορῇ. καὶ ἡ παραγραφὴ δὲ ἀντιγραφῇ ἔοικεν· διὸ καὶ προεισέρχεται.* Arnoldus Schaefer igitur, qui tamen nisi actioni ei, quae eadem de re, de qua accusator reum postulauit, a reo contra intenta est, antigraphes nomen non imponit[1]), antigraphe actionem instructam semper inhibitam esse arbitratur[2]). Schoemannus autem[3]), qui quamuis actionem contra intentam *ἀντιγραφήν* et uocari et esse persuasum habet, antigraphe actionem instructam inhiberi negat, si quidem eius uerba recte intellego. sunt autem haec: litt. Attic. pag. 652: und wenn auch der beklagte den gegenstand seiner widerklage in der einrede gegen seinen kläger anbrachte und sich seiner gegenforderungen und beschwerden bei der anacrisis und vor gericht zu seiner verteidigung

1) hanc antigraphes notionem Schaeferum tenuisse ex eo plane intellegitur, quod nec in Boeoti nec in Spudiae caussa antigraphes mentionem facit.

2) cf. libri de Demosthene eiusque aetate uol. IIIB pag. 196 med. die gegenklage hatte gleich der einrede die wirkung, eine bereits eingeleitete klage zu suspendiren, so in unserm falle ([Dem.] adu. Euerg.): obgleich der process schon im vollen gange war, musste die von Theophemos angebrachte gegenklage angenommen und zuvor entschieden werden.

3) Schoemanno assentitur Darestius, qui I. pag. 353 haec dicit: A. Schaefer soutient que la seconde action devait passer avant la première et que la première se trouvait éteinte par le jugement de la seconde (Beilagen pag. 196). mais il confond l' *ἀντιγραφή* avec la *παραγραφή*.

bediente, so waren sie doch in der tat durch die widerklage der gegenstand eines eignen für sich bestehenden processes geworden, welcher, wenn auch zuweilen vor derselben behörde, doch abgesondert von ienem, in welchem er beklagter war, geführt und entschieden werden musste. et ibidem pag. 655: auf die verhandlungen des von Mantitheus zum zweiten male angestellten processes hat diese widerklage des Boeotos so wenig einfluss, dass wir nicht einmal ihren gegenstand bestimmt erwähnt finden.

quae cum ita sint, operae pretium memet facturum existimo, si denuo hanc in rem inquisiuerim: ea autem progrediar uia, ut singula quae ab oratoribus exposita sunt antigraphes exempla accuratius perpendam [1]).

I. [Dem.] adu. Boeotum de dote.

Mantitheus Mantiae filius ex Polyarati filia natus et Boeotus Pamphilusque eiusdem hominis filii ex Plangone geniti patre mortuo inter se litigant. Mantitheus [2]) enim poscit, ut suae matris dos sibi reddatur, contra Plangonis filii sibi quoque matris dotem deberi adfirmant. ad concordiam cum res adduci non potuisset, primo Boeotus et Pamphilus Mantitheo actionem intendunt, deinde Boeoto et Pamphilo Mantitheus. sed pactione facta Soloni Erchiensi, quem priuati diaetetae munere functum esse ex rerum condicione elucet, lites diudicandas tradunt. uerum dum Plangonis filii tergiuersantur, euenit, ut diaeteta, antea quam sententiam dixisset, uita excederet. iam illi lege agunt et dicas scribunt, Mantitheus autem suae matris dotis recuperandae caussa actionem contra intendit. nec tamen eisdem in conuentibus de duabus illis caussis simul actum

1) quod exemplum antigraphes in Aeschinis oratione in Timarchum habemus (cf. M. & Sch. litt. Att. pag. 655 prox.), id hac in quaestione praetermittendum putauimus: etenim si quis eum a quo accusatus est eo nomine contra accusat, quod accusatoris munere, quod non est permissum nisi eis, qui integro sunt iure ciuitatis, contra ius fasque fungatur, per se patet actionem prius intentam differendam esse, dum contraria actione diudicata sit exploratum, sitne accusatori ius accusandi necne sit.

2) cf. [Dem.] XXXX. 14—16.

est: nam sententiae duae alia alio die editae sunt[1]). quod Schoemannus litt. Att. pag. 652 dicit ab eodem diaeteta lites illas instructas esse, equidem dubito an non sit assentiundum: celerior enim est oratio, ut non prohibeamur, quo minus *τὸν διαιτητήν*, qui priore de caussa iudicasse dicitur, alium fuisse existimemus atque eum diaetetam, ad quem altera caussa delata est. nam *ὁ διαιτητής* alicuius litis etiam is recte uocatur, qui litem istam instruit. quam ob rem priore loco *ὁ διαιτητής* mihi uidetur esse diaeteta ille, qui ad Boeoti caussam diudicandam electus est, altero autem loco ille, qui de Mantithei caussa cognouerat. at enim siue Schoemanni siue mea sententia probanda est, hoc unum constat nihil narrari, quo alteram actionem altera dilatam esse conprobetur. quamquam cauendum est, ne nimium ex hac caussa concludamus. nam Boeotum, qui postea[2]) sententiam de Mantithei caussa factam ita irritam reddidit, ut Boeotum se uocari negitaret, nonne ueri simile est Mantithei nomen libello suo subscripsisse non Boeoti? praesertim cum in oratione XXXVIIII. 37 et 38, ubi Mantitheus Boeotum ipsum Boeoti nomen sibi inposuisse conuicturus est, huius caussae mentio nulla fiat. si autem Boeotus Mantithei nomen libello suo subscripsit, antigraphae locus non est, quia magistratui diaetetam eligenti alius erat Boeotus ille qui accusauerat, alius ille Boeotus qui accusatus erat.

iam uero quae insecuta sint uideamus: Mantitheus in orationis paragrapho duodeuicesima haece: *ἀπορῶν δ' ἐγώ* inquit, *τί ἄν τις χρήσαιτο τῷ πράγματι, οὕτω πάλιν τὴν αὐτὴν δίκην λαχὼν αὐτῷ Μαντιθέῳ ἐνδεκάτῳ ἔτει νῦν εἰς ὑμᾶς καταπέφευγα.* uides Mantitheum, ut matris dotem recuperaret, ad iudices confugisse et Boeoto eiusque fratri actionem intendisse. sed aduersarii illi contrariam dicam

1) 17. *περὶ μὲν οὖν ὧν οὗτοί μοι ἐδικάζοντο, παρόντος τούτου καὶ ἀντιδικοῦντος ἀπεδιήτησέ μου ὁ διαιτητής . . . ἦν δ' ἐγὼ τοῦτον ἐδιωκον τότε περὶ τῆς προικὸς ἐπιδημοῦντος τούτου ἐνθάδε καὶ οὐκ ἀπαντήσαντος πρὸς τὸν διαιτητήν, κατεδιήτησεν αὐτοῦ.*

2) § 18.

scripserunt [1]), non iam de dote, neque enim a diaeteta ad iudices prouocauerant [2]), sed aliis de rebus [3]). hac autem antigraphe actionem a Mantitheo intentam dilatam non esse ex ipsius oratoris uerbis apparet, qui paragrapho III plane negat de Boeoti caussa iam iudicatum esse et paragrapho XVII affirmat caussam se agere, quam Boeotus contraria actione prohibere uoluerit.

II. Similis est caussa, quae a Demosthene XXXXI. 12 his exponitur: *ἴσως τοίνυν ὦ ἄνδρες δικασταὶ πρὸς μὲν ταῦτ' οὐδὲν ἀντερεῖ Σπουδίας· οὐδὲν γὰρ ἕξει καίπερ δεινὸς ὤν· αἰτιάσεται δὲ Πολύευκτον καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ φήσει πάντα ταῦτα ὑπ' ἐμοῦ πεισθέντας καταχαρίσασθαι, καὶ νὴ Δί' ἕτερα πολλὰ καὶ μεγάλα βλάπτεσθαι καὶ δίκην εἰληχέναι μου. ἐγὼ δ' ὦ ἄνδρες δικασταὶ πρῶτον μὲν οὐχ ἡγοῦμαι δικαίαν εἶναι τὴν ἀπολογίαν τὴν τοιαύτην καὶ προσήκειν, ὅταν τις φανερῶς ἐξελέγχηται μεταστρέψαντα τὰς αἰτίας ἐγκαλεῖν καὶ διαβάλλειν. ἀλλ' ἐκείνων μὲν, εἴπερ ἀδικεῖται, δῆλον ὅτι δίκην λήψεται, τούτων δὲ δώσει.* actor igitur caussae Spudiam de dote accusauit, hic autem illum alia de re in ius uocauit. uter prior accusauerit non constat, sed utriusque caussam separatim actam esse luce clarius inde apparet, quod actor Spudiam monet, ne quae ipse postulet, in defensione proferat: nam de istis rebus alio futurum esse die ut agatur.

III. [Dem.] XXXXVII. 45. *καταπλεύσας τοίνυν ὡς οὐδενὶ ἤθελεν ἐπιτρέπειν ὁ Θεόφημος περὶ τῶν πληγῶν ὧν τότ' ἔλαβον ὑπ' αὐτοῦ, προσεκαλεσάμην αὐτὸν καὶ ἔλαχον αὐτῷ δίκην αἰκίας· ἀντιπροσκαλεσαμένου δ' ἐκείνου καὶ διαιτητῶν ἐχόντων τὰς δίκας, ἐπειδὴ ἡ ἀπόφασις ἦν τῆς δίκης, ὁ μὲν Θεόφημος παρεγράφετο καὶ ὑπώμνυτο, ἐγὼ δὲ πιστεύων ἐμαυτῷ μηδὲν ἀδικεῖν εἰσῄειν*

1) § 3. *αὐτὸς μὲν τούτοις δίκας ὑπὲρ ὧν ἐνεκάλουν δεδωκὼς πλὴν εἴ τινα νῦν ἕνεκα τῆς δίκης ταύτης ἀΝΤειλήχασί μοι συκοφαντοῦντες.*

2) § 55 cf. Platner. I. 173.

3) § 17. *οὔτε νῦν περὶ ἐκείνων [περὶ ὧν ἀπεδιήτησέ μου ὁ διαιτητὴς] εἴληχέ μοι δίκην οὐδεμίαν ἀλλὰ περὶ ἄλλων τινῶν λύσειν τοῖς ἐγκλήμασι τούτοις τὴν δίκην ταύτην οἰόμενος* cf. not. 1.

εἰς ὑμᾶς. uidemus Theophemum quendam ab caussae actore iniuriarum accusatum esse, contrariam autem actionem accusatori a Theophemo intentam esse. utramque uero actionem separatim a singulis diaetetis instructam esse constat: nam et diaetetae commemorantur et dicae [1]). ac ne existimes duas istas dicas postea coniunctas esse: non plures diaetetae publici unam litem diudicare debebant [2]). iam uero cum in eo esset, ut actoris diaeteta sententiam faceret, Theophemus paragraphe et hypomosia [3]) interpositis prohibet, et actionem suam ad iudices defert, qui quidem falso testimonio decepti actorem condemnant [4]). narratio breuior est, ut coniecturis latus pateat campus: ego equidem ea, quae Pollux VIII. 58 dicit, recordatus persuasum habeo Theophemum paragraphe sua exposuisse antigraphen se intendisse, antigraphe autem intenta caussam contrariam non iam agi posse. quibus expositis diaeta mihi uidetur dilata esse. quae si erat rerum condicio, actio antigraphe et dilata est et, cum aduersarius antigraphe uicisset, rescissa [5]). neque enim equidem Schoemanno assentior, qui

1) cf. Mei. & Schoem. litt. Attic. pag. 653, Heffter pag. 432.

2) cf. Meieri librum qui inscribitur die privatschiedsrichter und die öffentlichen diaeteten Athens, Halis 1846, pag. 5 summ. et orationis §§ 6 et 47, ubi ὁ διαιτητής commemoratur. aliter quidem rem explicat Platner II. pag. 201, qui haec: hier sind die diaeteten genannt, da vorher und nachher immer nur von einem diaeteten gesprochen wird. daran ist wol kein anstoss zu nehmen, da der pluralis gebraucht wird, um die instanz zu bezeichnen. sed haec sententia probanda non est, quia articulus ante διαιτητῶν omissus est: οἱ διαιτηταί non διαιτηταί ordo diaetetarum dicendus est.

3) cf. Schoem. litt. Attic. pag. 698. not. 11.

4) quod A. Schaefer IIIB pag. 194 dicit: übereinstimmend mit dem ausspruche des diaeteten verurteilte der gerichtshof den sprecher in die kosten cet., unde hoc uir doctissimus hauserit equidem non inuenio.

5) qua ratione caussa a diaeteta ad iudices transierit, parum interest. etiam si uerum est quod Hudtwalcker in libro qui inscribitur über die öffentlichen und privat-schiedsrichter — diaeteten — in Athen, Ienae 1812, pag. 129, not. 75, eumque secutus Platner II. pag. 202 dixere appellatione caussam ad iudices delatam esse, amen nostra ratio non perturbatur. nam fac Theophemum a diae-

u. d. l. cl. priorem accusationem sententia iudicum iuratorum rescissam esse negat. etenim quod actor paragrapho decima dicit ἐφ' ᾗ ἐγὼ δίκῃ τὸν Θεόφημον διώκω τῆς αἰκίας: rectissime Schaefer IIIB pag. 196 scrupulos legentibus exemit. actoris enim actioni idcirco non iam finis inpositus est, quia dicam ψευδομαρτυριῶν Theophemo scripsit. quod si testes ab illo adhibitos mentitos esse demonstrare poterat, denuo ius suum actione iniuriarum persequi ei licebat.

quae cum ita sint, sic statuendum mihi uidetur[1]): duo esse genera ἀντιγραφῆς distinguenda, unum quo is qui accusatur eum qui accusauerit eodem tempore aliis de rebus atque de quibus in lite prius intenta agitur contra in ius uocet, alterum quo eadem de re ab utroque actiones intendantur. cur uero prioris generis antigraphe actio ab accusatore intenta differenda uel rescindenda fuerit, caussam non uideo, et quod habemus exemplum aperte contra dicit. alterius autem generis antigraphe actionem prius intentam differendam fuisse paene per se patet: nam potestatem legibus datam fuisse[2]), ut eadem caussa altera actione staret, caderet autem altera, hoc ab omni probabilitate abhorret. qui enim iudices existimandi sunt, quam audaces quam inpudentes quam scelesti, qui eundem, quem priore actione condemnatum esse scirent, altera actione insontem esse indicauerint? cui denique bono erat haec antigraphe, nisi prior diudicabatur? sin autem prior diudicabatur, ut diudicabatur, breuiore tempore ad finem litis perueniebatur: nam is qui accusatus erat, qui, si antigraphe utebatur, uiolatus esse non uiolauisse putandus erat, una actione et

---

teta condemnatum iudices appellauisse: accusatoris caussa iam diudicari non poterat, quia appellatione facta diaetetae iudicium, quo Theophemus condemnatus erat, rescindebatur ac denuo de antigraphe agendum erat, dum accusatoris caussa diudicari posset.

1) idem iam Platner II. pag. 204 uidetur suspicatus esse, qui tamen u. d. non uia et ratione id quod uoluit probauit, eandemque fere Schaeferi sententiam fuisse inde colligi potest, quod hic u. d. nec in Boeoti nec in Spudiae caussa antigraphes mentionem fecit.

2) cf. Schoem. litt. Attic. pag. 654.

se defendere et ultionem ab aduersario repetere poterat, cum, si antigraphe abstinuerat, duabus actionibus opus esset, ut priore actione ab accusatione se defenderet, aduersarium iniuriarum accusaret altera[1]). huius autem generis proprium fuisse existimo nomen *ἀντιγραφῆς*, postea demum idem nomen cuiuis actioni contra intentae[2]) sensim esse inditum uidetur.

quae si recte a me exposita sunt, et Pollucis uerba, quem grammaticum rerum iudicialium peritissimum fuisse constat, et exempla antigraphes, quae in orationibus exstant, quodam modo conciliari possunt. Pollux uero, quamquam de antigraphe propria cogitauit, tamen nimis laxam huius *ἀντιγραφῆς* definitionem proposuit, quae etiam in alterum antigrapharum genus quadraret.

iam uero ad Apaturi caussam redeamus et quaeramus, quam potissimum actionem Apaturius Parmenonti intenderit. Apaturi caussam cum Parmenontis quasi copulationem quandam habuisse ex eo intellegitur, quod ad compromissum postea res adducitur. Arnoldus igitur Schaefer, qui antigraphen intentam esse non sine ueritatis specie dicit, de actione *βλάβης* cogitauit. atqui quod addit: dagegen bringt Apaturios auch seinerseits eine klage ein, vermutlich eine gegenklage (*ἀντιγραφή*), da sie das von Parmenon eingeleitete verfahren suspendirt: uehementer equidem miror unde uir ille doctus cognitum habeat dilatam esse Parmenontis actionem. oratoris enim uerba sunt haec: *ὡς δίκῃ λύσων τὸν ὅρκον προσκαλεῖται τὸν Παρμένοντα· ἐνεστηκυιῶν δ' αὐτοῖς τῶν δικῶν*

1) cf. Platner. II. pag. 200: ferner war es grundsatz des Attischen rechts, dass der kläger als solcher nicht wegen der anschuldigungen des beklagten zur strafe gezogen werden konnte.

2) nam [XXXX.] 3. *ἀντειλήχασι* positum est: qua re negari non potest illi quoque generi caussarum nomen antigraphes impositum fuisse. nec est mirum nomen *ἀντιγραφῆς* latius manauisse: nam a Lysia in or. XXIII etiam paragraphe antigraphes nomine appellatur. cf. Lys. XXIII. 10 *τῆς τε ἀντιγραφῆς ἕνεκα ταυτησί* cl. § 5. *αὐτὴν* (*τὴν δίκην*) *ἀντεγράψατο μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι.*

πεισθέντες . . . εἰς ἐπιτροπὴν ἔρχονται. uerba quidem ἐνεστηκυιῶν δ' αὐτοῖς τῶν δικῶν, quamquam fortasse artificiosiore interpretatione adhibita ita explicari possunt, ut antigraphae non contra dicant, tamen argumentationem Schaeferi falsam esse conuincunt.

alia nuper equidem de actione cogitaui. putaui enim Parmenontem eo nomine ab Apaturio accusatum esse, quod nauem euehi prohibuisset et seruos eripere conatus esset (9. ἐπιλαμβάνεται τῶν παίδων), id quod facere non debuit, quippe cui cum Apaturio nihil negoti esset, ut supra uidimus. at uero de actione βιαίων quo minus cogitemus, illud obstare mihi uidetur, quod is, qui de ui condemnabatur, bis tanti multabatur [1]), quanti damnum quod alteri intulerat aestimatum erat, Apaturius autem naui et seruis actori traditis damnum non fecerat.

similem ob caussam id minus ueri simile est, quod fieri potuit, ut Apaturius Parmenonti, qui actionem αἰκίας intenderat [2]), actionem βλάβης intenderet: etenim quid damni Apaturius fecerit non uideo, ut modo dixi.

ad antigraphen redeamus necesse est, ut Apaturium eandem actionem atque Parmenontem i. e. δίκην αἰκίας [2]) intendisse existimemus. quamquam ne si hanc quidem fuisse actionem statuimus, omnes difficultates remotae sunt: non dico uerba ἐνεστηκυιῶν δ' αὐτοῖς τῶν δικῶν, quae sic explicari possunt, ut dicamus priorem actionem, quae ἐνέστηκεν (13), antigraphe non antiquatam esse sed dilatam modo, dum de antigraphe iudicatum esset, nam Parmenontem, si absolutus esset, ius suum dica instructa persequi potuisse: quam ob rem Parmenontis dicam tam diu ἐνεστηκέναι recte dici, dum aut Apaturi antigraphe iudicibus probata antiquetur, aut si reiecta sit ista, diudicetur. sed primum male me habet, quod simpliciter προσκαλεῖται ab oratore positum est, non ἀντιπροσκαλεῖται, et δίκῃ λύσων, non ἀντιγραφῇ λύσων. tum mirandum est, cur Apaturius tam cito ad conpromissum adductus sit et commodo eo,

1) cf. Heffter pag. 246. Mei. & Schoem. litt. Att. pag. 546.
2) cf. pag. 14.

quo is qui accusat fruitur, ut plus ei fidei habeatur, quam ei qui accusatus est, ipse se plane priuauerit. atqui quo iure Apaturius Parmenontem accusauerit, non est quod anxie quaeramus: nam quod consilium actionem intendendo secutus sit luce clarius est: noluit Apaturius cum Parmenonte apud iudices lege agere, sed iuris iurandi quod se daturum promiserat soluendi gratia nouam litem mouet.

quae cum ita sint, non certo solui potest quaestio illa quam Hudtwalcker l. cl. pag. 55 proposuit, legitima uia Apaturius ius iurandum oblatum soluerit necne. etenim si antigraphe ea, quam ueram dicimus, usus est, ut actionem *αἰκίας* Parmenonti intenderet, ius iurandum legitime irritum factum est, quia Parmenontis caussa et differenda erat, dum de antigraphe cognitum esset, nec nisi Apaturius uictus esset, ad finem perduci poterat [1]). sin autem aliam litem uel *βλάβης* uel *βιαίων* intendit Apaturius, negotia facessiuisse existimandus est: nam ita Parmenontem accusauit, non ut actione uinceret, sed ut ad arbitros eligendos aduersarium inpelleret, sicuti Boeotus, ut dicam sibi intentam reprimeret et dirimeret, actionem contra intendit eo dumtaxat consilio, ut aduersarius litigare desisteret et utraque caussa arbitris diudicanda traderetur [2]).

utut erat, ad conpromissum res adducta est [3]). litigantes tris diaetetas priuatos qui dicuntur ita sibi sumpserunt, ut unum communiter deligerent, Phocritum Byzantium popularem suum, singulos adiungeret uterque, Apaturius Ari-

1) cf. Platner. I. pag. 251. Schoemannus, qui litem instructam antigraphe dilatam esse negitat, sibi constat, cum de litt. Attic. pag. 690, not. 7. dicit: ob und in wie fern von einem beklagten der ihm zugeschobene und angenommene eid durch eine seinerseits gegen den provocanten erhobene widerklage habe umgangen werden können (Dem. g. Apatur. s. 896. 27), sehen wir ebenso wenig ein, als Hudtwalcker s. 55. 56.

2) [Dem.] XXXX. 39. *ἂν δὲ λέγῃ, ὡς ἀξιοῦντος αὐτοῦ ἐπιτρέψαι Κόνωνι τῷ Τιμοθέου οὐκ ἐβουλόμην ἐπιτρέπειν, ἐνθυμεῖσθε ὡς ἐξαπατᾶν ὑμᾶς ἐπιχειρήσει*, cl. 17. *οὔτε νῦν περὶ ἐκείνων εἴληχέ μοι δίκην οὐδεμίαν, ἀλλὰ περὶ ἄλλων τινῶν λύσειν τοῖς ἐγκλήμασι τούτοις τὴν δίκην ταύτην οἰόμενος.*

3) §§ 14—18.

stoclem, qui ex pago Oe tribus Oeneidis oriundus erat, Parmenon actorem [1]). deinde constitutum est, ut et ea, quae inter tris illos arbitros conuenissent, et ea, quae duo eorum decreuissent, rata et firma essent. tum praedes inter se dederunt, qui arbitrorum decreto satis factum iri praestarent, Apaturius Parmenonti Aristoclem, Parmenon autem Apaturio Archippum ciuem Atheniensem ex pago Myrrhinunte tribus Pandionidis oriundum. denique omnia, quae inter litigantes conuenerant, litteris consignata sunt, et libellus, quem Parmenontis seruus [2]) exarauerat, primo apud Phocritum depositus est, tum cum Phocritus ipse postulauisset, ut apud alium deponeretur, apud Aristoclem.

iam uero diaetetae quaestionem instituerunt, uter litigantium culpam contraxisset, et iam in eo erat, ut sententiam facerent, cum Apaturius, qui Phocritum et actorem conspirantes se condemnaturos esse conperisset, denuo negotia facessiuit. libellum enim, quo pactio continebatur, delendum curat [3]) idque, si modo oratoris uerbis fides habenda est, eo consilio, ut diaeta solueretur. tum uero Aristoclem solum sibi diaetetam esse contendit, Phocritum et actorem nullam habere potestatem nisi *τοῦ διαλῦσαι* [4])

---

1) prorsus eodem modo III diaetetae priuati deliguntur [Dem.] LVIIII. 45. *καὶ ὑπὲρ μὲν τοῦ Φρυνίωνος διαιτητὴς ἐκαθέζετο Σάτυρος Ἀλωπεκῆθεν ὁ Λακεδαιμονίου ἀδελφός, ὑπὲρ δὲ Στεφάνου τουτουὶ Σατυρίας Λαμπτρεύς· κοινὸν δ' αὐτοῖς προσαιροῦνται Διογείτονα Ἀχαρνέα.*

2) cf. § 17.

3) hoc genus fraudis in Graecia non rarum fuisse Isocrates XVII. 33 dilucide hisce testatur: *οὐκ ἄξιον δὲ θαυμάζειν, εἰ τὸ γραμματεῖον διέφθειρεν, οὐ μόνον διὰ τοῦτο, ὅτι πολλὰ τοιαῦτ' ἤδη γέγονεν, ἀλλ' ὅτι κτλ.*

4) *διαλῦσαι* cod. *Σ* praebet, ceteri codd. *συνδιαλῦσαι*. simplex autem uerbum uerum uidetur: nam ut hic ita aliis huius orationis locis in codicibus deterioribus uerba composita pro simplicibus temere substituta sunt. cf. 17. *διαμφισβητεῖν* Ar pro *ἀμφισβητεῖν*, 18. *συγκατασκευάζων* FQ pro *κατασκευάζων*, 23. *εἰσεπράττετο* omnes codd. praeter *Σ* pro *ἐπράττετο*, 27. *οὐ διισχυρίζομαι* Ar pro *οὐκ ἰσχυρίζομαι*, 29. *ἀνῆλθον* AQr *ἀπῆλθον* F pro *ἦλθον*. ceterum *διαλύειν* eodem modo de amicis litigantes inter se conciliantibus usurpatum est XXXXI. 14 *βουλομένων ἡμᾶς τῶν φίλων διαλύειν καὶ πολλῶν*

litigantes inter se conciliandi. quod Arnoldus Schaefer rem ita sibi fingit, ut l. cl. pag. 298 med. haec dicat: [Apaturius] tritt ihnen mit der behauptung entgegen, nur ein ausspruch, in den der von ihm bestellte richter einwillige, binde ihn, die andern beiden seien ohne denselben nur befugt, zu vermitteln, caue ne assentiaris. nam Apaturium unum tantum diaetetam delectum esse dixisse luculenter apparet ex paragrapho una et uicesima, ubi Aristocles solus de Apaturi caussa cognouisse narratur. quod si Apaturius Phocrito quoque et actori nomen diaetetae concessisset, Aristocles unus sententiam facere sine dubio ausus non esset. huc accedit, quod pactione amissa de noua diaeta constituenda inter litigantes non conuenit propter id ipsum, quod de numero arbitrorum inter se altercantur, cum unum esse uelit Apaturius Aristoclem, Parmenon tres ut deligantur postulet. quae cum ita sint prorsus assentior Darestio, qui pag. 198 haec: mais si l' on croit inquit à Apatourios, il n'y aurait en qu'un seul arbitre, Aristoclès; les deux autres n'auraient été nommées qu' à titre de conciliateurs.

at forsitan quaesierit quispiam, quid disceptatores domestici — hoc enim nomen Phocrito et actori imponere licet — sibi uelint, si quidem diaeteta delectus sit, qui etiam absentibus Phocrito et actore sententiam edicere possit. non multis opus est uerbis: diaetetarum fuit, ante quam de caussa cognoscerent, experiri, num litigantes inter se conciliare possent[2]). hoc igitur unum in eis, quae Apaturius dixit, mirum est, quod alios disceptatores domesticos

---

λόγων γενομένων οὐχ οἷός τ' ἦν ἐμμένειν οἷς ἐκεῖνος γνοῖεν. [ex postremis uerbis apparet non agi de diaetetis priuatis: nam eorum sententia rata et immutabilis est. cf. Meieri lib. de diaetetis pag. 6. 5)].

1) cf. § 19. *οὗτος μὲν ἀξιῶν τὸν Ἀριστοκλέα* — hic omissum est *ἑαυτῷ* illud, quod Schaeferum decepit — *ὁ δὲ Παρμένων τοὺς τρεῖς.*

2) cf. Hudtwalcker pag. 157, Meieri lib. de diaetetis pag. 5, Isae. de Dicaeog. hered. 32.

esse ait, alium diaetetam. quamquam mira ab Apaturio homine audacissimo narrari mirum non est [1]).

sed ut eo, unde digressa est oratio, reuertamur, Parmenon Apaturi impudentiam moleste ferens postulat, ut aperta tabella, quae de diaeta conuenissent, cognosceretur. constituitur [2]) igitur dies, qua pactio in Hephaesteum [3]) afferretur. Aristocles tabellam se allaturum pollicetur, sed die constituta multis praesentibus asseuerat pactionem a seruo suo dormiente amissam esse.

quae cum ita essent, litigantes id egerunt [4]), ut nouam de constituenda diaeta pactionem conficerent, sed de numero diaetetarum altercati frustra tempus contriuerunt. tum uero Aristocles unum se de caussa cogniturum esse pronuntiat. contra dicit Parmenon, ac ne fraude circumueniatur, coram multis testibus *διαμαρτυρίᾳ* [5]) Aristocli interdicit: ‚ut ne unus sine conlegis ullam edicere uelit sententiam.' uerum ne sim longus, uix Parmenon, ut uxorem suam et liberos terrae motu domus ruina interisse conperit, Ophrynium, quo in Troadis oppido tum domicilium habuit, Athenis auocatus erat, cum Aristocles aduersari interdicto contempto sine conlegis XX minis illum condemnauit [6]).

unus annus et alter praeterlapsus est et [7]) cum Parmenon non redisset [8]), litigando finis impositus esse uidebatur.

---

1) caue ne de aduocatis litigantium cogites, quales a [Dem.] LVIIII 48 commemorantur: *οἱ παρόντες ἑκατέρῳ ἐπὶ τῇ διαίτῃ καὶ τοῖς πράγμασιν.* cf. Meier l. cl.

2) *εἰς τὴν συγκειμένην ἡμέραν* § 18.

3) Hephaesteum satis idoneus locus erat, in quo de priuatis caussis ageretur. in Isocratis oratione XVII. 5. tortores conpromisso electi in Hephaesteo seruum cruciare constituunt.

4) §§ 19–21.

5) § 20. *διαμαρτυραμένου τοῦ ἀνθρώπου μὴ ἀποφαίνεσθαι καθ' αὐτοῦ.* uix opus est monere h. l. non agi de illa *διαμαρτυρίᾳ*, qua quis litem intendere prohibebatur (cf. Schoem. litt. Att. pag. 638 proxx.), sed uerbum *διαμαρτύρεσθαι* translato sensu usurpatum esse, ut sit ‚testibus adhibitis interdicere', qua quidem de *διαμαρτυρίᾳ* u. Platner. I. pag. 163 & Heffter. pag. 350. not. 3.

6) cf. § 32.

7) cf. §§ 23—26. 22.

8) § 22. *ἐάν ποτε σωθῇ ὁ ἠδικημένος*: Darestius falso uertit:

at Apaturius negotia facessere non destitit. tertio enim anno post, aere alieno pressus opinor, lite mercatoria intenta [1]) actorem eo nomine in ius uocat, quod Parmenontis praes esset, petitque a iudicibus, ut XX minas eum sibi dissoluere cogerent.

diutius hoc loco commorandum uidetur et quaerendum, quonam iure mercatoriam actionem [2]) Apaturius actori intenderit. legibus enim constitutum erat, ut lites mercatoriae naucleris et mercatoribus essent apud thesmotetas [3]) de contractibus mercatoriis. Demon quidem in oratione XXXII. 1. addit contractus istos litteris consignatos esse necesse esse, sed id legibusne postulatum fuisset recte iam Heffter in dubium uocauisse mihi uidetur: etenim reliquis quibus leges mercatoriae laudantur locis non agitur nisi de *συμβολαίοις* [4]), quo uocabulo quiuis contractus, siue

---

si elle [la partie lésée] vit. ego equidem non uideo, qua de salute agatur: neque enim usquam antea de periculis sermo est. quod si de itineris maritimi periculis ut saepius sic h. l. *σώζεσθαι* dictum est, significatio loci, quo uenturus esset Parmenon, omitti uix potuit. quam ob caussam aut fallor aut scriptor orationis dedit: *ἐάν ποτε δεῦρο πάλιν σωθῇ*, cf. Eur. Phoen. 725. *εἴπερ σφαλείς γε δεῦρο σωθήσει πάλιν* ‚si quando redierit.'

1) cf. §§ 1—3. 23. Platner. I. pag. 292 extr.

2) de litibus mercatoriis cf. Heffter pag. 399 proxx., Schoemann. de litt. Att. pag. 539 prox., Platner I. pag. 289., Büchsenschuetzi liber qui inscribitur besitz und erwerb im Griechischen altertume, Halis 1869, pag. 531.

3) de litium mercatoriarum instructoribus recte contra Heffterum I. cl. et Meierum (de bonis damn. pag. 95·) disputauit Schoemannus litt. Att. pag. 84 proxx. cf. Boeckhi oecon. ciu. Ath. I. pag. 71.

4) [XXXIII] 1. *τοῖς μὲν ἐμπόροις καὶ τοῖς ναυκλήροις κελεύει ὁ νόμος εἶναι τὰς*
[XXXII] 1. . . . . *οἱ νόμοι κελεύουσι τὰς δίκας εἶναι*
[XXXIIII] 42. . . . . *τὰς δίκας εἶναι τὰς ἐμπορικὰς*

[XXXIII] 1. *δίκας . . . . . πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, ἐάν τι ἀδικῶνται ἐν*
[XXXII] 1. *τοῖς ναυκλήροις καὶ τοῖς ἐμπόροις . . τῶν Ἀθήναζε καὶ τῶν Ἀ-*
[XXXIIII] 42. . . . . *τῶν συμβολαίων τῶν Ἀ-*
[XXXV] 37. *ποῦ χρὴ λαβεῖν δίκην . περὶ τῶν ἐμπορικῶν*

erbo siue scriptura factus est, significatur[1]). quam ob rem)emonem uerba *καὶ περὶ ὧν ἂν ὦσι συγγραφαί* sua ex ıente addidisse existimauerim, id quod facillime fieri potuit, uia litteris consignari contractus Athenis tum fere soleant[2]). uerum in Apaturi caussa contractus mercatorius usquam cernitur. priuatas enim caussas Parmenon et ıpaturius arbitris diudicandas mandauerant. Parmenonte ero in caussa priuata damnato Apaturius ab actore, quem amnati praedem esse dicebat, petiit, ut multam sibi dissoleret. quod si Parmenon mercatoria actione damnatus sset, iure Apaturius actori litem mercatoriam de sponsione ıtendere poterat: qui autem is, qui hominis a diaeteta riuato damnati praes erat, mercatoria actione de sponsione ccusari potuerit, id me prorsus non intellegere ingenue ıteor. qua re Platnero equidem assentiri non possum,

---

[XXXIII] 1. *τῷ ἐμπορίῳ ἢ ἐνθένδε ποι πλέοντες ἢ ἑτέρωθεν δεῦρο* . . . . . .

[XXXII] 1. *θήνηθεν συμβολαίων καὶ* . . . . . *περὶ ὧν ἂν ὦσι συγγραφαί.*

[XXXIIII] 42. *θήνησι καὶ εἰς τὸ Ἀθηναίων ἐμπόριον καὶ οὐ μόνον τῶν Ἀθήνησιν, ἀλλὰ καὶ ὅσ' ἂν*

[XXXV] 37. *συμβολαίων* . . . . . .

[XXXIII] 1. *καὶ τοῖς ἀδικοῦσι δεσμὸν ἔταξε τοὐπιτίμιον, ἕως ἂν ἐκτίσωσιν, ὅτι ἂν αὐτῶν*

[XXXII] 1. . . . . .

[XXXIIII] 42. *γένηται ἕνεκα τοῦ πλοῦ τοῦ Ἀθήναζε* . . . .

[XXXIII] 1. *καταγνωσθῇ.* 2. *τοῖς δὲ περὶ τῶν μὴ γενομένων συμβολαίων εἰς κρίσιν καθί-*

[XXXII] 1. . . . . *ἂν δέ τις παρὰ ταῦτα δικάζηται, μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην.*

[XXXIIII] 4. . . . . *ὑπὲρ τῶν μὴ γενομένων ὅλως συμβολαίων Ἀθήνησι μηδ' εἰς τὸ*

[XXXIII] 2. *σταμένοις ἐπὶ τὴν παραγραφὴν καταφεύγειν ἔδωκεν ὁ νόμος.*

[XXXIIII] 4. *Ἀθηναίων ἐμπόριον παραγράφεσθαι δεδώκασιν.*

1) cf. Gneisti liber qui inscribitur die formellen verträge des euern Römischen obligationsrechts cet., Berolini 1845, pag. 435. 6, t Philippi symbolae ad doctrinam iuris Attici, Lipsiae 1871, pag. 5

2) cf. Gneist. pag. 421. II.

qui u. d. pag. 292 haec: hätte sich der beklagte inquit wirklich für Parmenon verbürgt, so wäre auch gegen ihn eine handelsklage zulässig gewesen [1]). ein eigentlicher handelsvertrag läge nun hier nicht im mittel, die rechtsstreitigkeit selbst bezieht sich nur mittelbar darauf, nur insofern als der beklagte und Parmenon geld hergegeben hatten um die gläubiger des Apaturius aus einem handelsvertrage zu befriedigen und die deshalb geschehene pfandbestellung eine zwistigkeit zwischen Parmenon und Apaturius herbeiführt [2]). nec mea sententia eo infirmatur, quod actor non tam negat litem mercatoriam sibi intendi licitum esse, quam res ab Apaturio allatas fictas esse demonstrat: neque enim oratorem prorsus fugit id potissimum sibi demonstrandum esse contractum mercatorium nullum actori esse cum Apaturio — cf. 3. *ἄλλου δὲ συμβολαίου οὐκ ὄντος ἐμοὶ πρὸς τοῦτον παρεγραψάμην κτλ.* 13. *μετὰ ταῦτα τοίνυν ἐμοὶ μὲν οὔτε μεῖζον οὔτ' ἔλαττον πρὸς αὐτὸν συμβόλαιον γέγονεν*, — sed quoniam fines iuris dictionum Athenis minus accurate praescripti erant, tutius fore existimauit praesertim apud iudices iuris imperitos, si non modo nullum contractum mercatorium, sed omnino nihil negoti sibi cum Apaturio esse demonstrauisset [3]). adde quod mos tum Athenis inueterauerat, ut excipientes non solum exceptiones suas legitimas esse iudicibus persuaderent, sed etiam caussas suas meliores esse oratione eadem probarent [4]). denique ad extremum ne quis miretur, quod

1) eandem in sententiam Blassius pag. 514 haec: war dies der fall, inquit, (si actor pro Parmenonte praes factus esset), so stand auf grund dieses geschäftsverhältnisses die handelsklage dem Ap. frei.

2) posteriorem huius sententiae partem uerbum ex uerbo I. Hermannus pag. 8 repetiit.

3) cf. Platner l. cl.: die auf diese umstände gestützte paragraphe bezweckt die abweisung der klage aus dem grunde, weil die tatsachen unwahr und erdichtet sind, aber nicht darum, weil dieselben an und für sich zu keiner handelsklage sich eigneten. I. Hermannus pag. 8 Platnerum ita sequitur, ut ne uerba quidem immutauerit, quamquam auctorem suum non laudat.

4) cf. Schoem. de litt. Att. pag. 650 med. et Volkmannus, de Graecorum arte rhetorica, Berolini 1872, pag. 57.

Apaturius mercatoriam potius litem quam aliam intendit: saepius factum uidetur, ut actionibus menstruis — sic enim appellamus quas Graeci *ἐμμήνους* dicunt — contra leges uterentur, quo faciliore et commodiore iudicio ad ius suum peruenirent, ueluti Pantaenetum a Nicobulo actione mercatoria de pecunia accusatum esse memoriae proditum est[1]).

uenio nunc ad exceptionem[2]). actor enim, sine dubio quia metuebat, ne si summatim actione menstrua caussa ageretur, iudices Apaturi artibus et fallaciis deciperentur, ad caussam delatam descendere noluit sed *παραγραφῇ* exceptione est usus, ut mercatoriam actionem sibi debere intendi negaret. atque orator, ut iure actorem excepisse probet, duas affert leges[3]), quarum altera paragrapho tertia his uerbis continetur: *ὅσα μὲν ἐμοὶ καὶ τούτῳ ἐγένετο συμβόλαια πάντων ἀπαλλαγῆς καὶ ἀφέσεως γενομένης*, altera, quam maxime premit orator eamque ob caussam planis uerbis paragrapho I & II expressam in principio orationis posuit, uerbis proximis significatur: *ἄλλου συμβολαίου οὐκ ὄντος οὔτε ναυτικοῦ οὔτε ἐγγύου.* quarum legum prior, quamquam non solum ad iudicia mercatoria pertinet, sed quasi normam quandam omnium iudiciorum continet — cf. XXXVI. 23. *οὐκ ἐώντων τῶν νόμων δίκας ὧν ἂν ἀφῇ τις ἅπαξ λαγχάνειν* cl. §. 25. *διόπερ τοῦτο πρῶτον ἔγραψεν ὁ τὸν νόμον θεὶς ὧν μὴ εἶναι δίκας, ὅσα τις ἀφῆκεν ἢ ἀπήλλαξεν.* XXXVII. 1. *δεδωκότων τῶν νόμων παραγράψασθαι περὶ ὧν ἄν τις ἀφεὶς καὶ ἀπαλλάξας δικάζηται.* XXXVIII. 1. *δεδωκότων τῶν νόμων παραγράψασθαι περὶ ὧν ἄν τις ἀφεὶς καὶ ἀπαλλάξας πάλιν δικάζηται* cl. 25. [XXXV.] 5, 6, 40, 51. — tamen non minimum ualet ad interpretandam alteram legem, qua tota exceptio nititur: *τοῖς περὶ τῶν μὴ γενομένων συμβολαίων εἰς κρίσιν καθισταμένοις ἐπὶ τὴν παραγραφὴν καταφεύγειν ἔδωκεν ὁ*

1) XXXVII. 35—38. cf. Schaefer. uol. IIIB pag. 200 proxx.

2) de exeeptione cf. Heffter pag. 289 proxx., Schoem. litt. Attic. pag. 644 prox., Platner. I. pag. 138 proxx.

3) *κατὰ τοὺς νόμους τουτουσί*: hoc contra Blassium monuerim, qui l. cl. et pag. 512 et pag. 513 de una lege loquitur: der vom gesetze vorgesehene fall — das gesetz wird vorgelesen.

[illegible] § 1. et XXXIII. 1 et XXXIII. 4. deinde orator priorem [illegible] nullum esse testimoniis probat 12). praeterea autem nullum actori cum Apaturio [illegible] fuisse ita demonstrat, ut omnino nihil ei negotii cum adversario fuisse exponat. negat igitur actorem pro Parmenonte praedem factum esse. quod cum testimoniis comprobari dicunt K. Hermannus pag. 2 et A. Schaefer [illegible] pag. 298, [illegible] in errore versantur. immo probatio testimonialis nulla est: neque enim post paragraphum quintam decimam, ubi Archippus pro Parmenonte spopondisse narratur, huius rei testimonium profertur — cf. 15 *ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ ὅτι μὲν ἐτέθησαν αἱ συνθῆκαι παρὰ Ἀριστοκλεῖ καὶ ἡ ἐπιτροπὴ ἐγένετο Φωκρίτῳ καὶ Ἀριστοκλεῖ καὶ ἐμοί, οἱ εἰδότες ταῦτα μεμαρτυρήκασιν ὑμῖν* — et post paragraphum alteram et uicesimam, ubi *μάρτυρας παρασχέσθαι* orator pollicetur, *ὡς οὐκ ἠγγυήσατο αὐτὸς τὸν Παρμένοντα ἀλλ' Ἄρχιππος Μυῤῥινούσιος*, testimonium frustra quaeras 1). argumenta autem, quibus orator utitur, sunt haec: primum quidem si actor praes esset, statim Apaturium pecuniam exacturum fuisse nec tertio demum anno post, cum praesertim et egestate pressus et actori inimicus fuisset ac lex sponsiones annuas iuberet esse, deinde addit actorem prohibiturum fuisse, quo minus Parmenon abiret, tum dicit eundem ita potius se defensurum fuisse, ut arbitrium esse ratum negaret, postremo negitat Apaturi accusationem ullo fundamento niti, quia pactio amissa sit.

at orator cum hunc in modum exceptionem defendat, ipse concedere uidetur mercatoriam litem permitti, si praedem esse actorem demonstratum sit. at uero hinc nihil efficitur nisi hoc, oratorem confisum esse facile probari posse praedem illum non esse factum. non efficitur certe illud, quod antea improbandum esse putauimus: paragraphen idcirco factam esse, quod res ab Apaturio allatae fictae essent. neque uero uituperandus est orator, quod in eo potissimum uersatur, ut actorem pro Permanonte

1) cf. Blassius pag. 512. not. 2. accuratius hac de re infra disseremus.

spopondisse negitet. si enim Apaturius praedem esse actorem iudicibus persuadere poterat, actor dissoluere debuit etiam si non mercatoria, at alia certe actione damnatus.

uerum enim uero summo opere equidem uereor, ne orator id quod uoluit iudicibus probare non potuerit. primum quidem nullo testimonio demonstratum est Archippum Myrrhinusium pro Parmenonte spopondisse. quid? nonne mirandum est, quod non ipsum Archippum orator testem adhibuit? at dicet aliquis Archippum ueritum, ne ipse pecuniam dissoluere cogeretur, testimonium edere noluisse. at hoc certe monendum erat ab oratore simulque erat exponendum, quam parui putandum esset Archippi silentium. hac igitur a parte non dubium est quin actoris oratio et acerrime et felicissime impugnari potuerit, nisi forte Archippus iam uita cesserat, quod tamen silentio praetermittere orator non debuit. deinde orator non demonstrauit pactionem idcirco deletam esse, ne Apaturi prauis consiliis obstaret. nam quamquam bis §. 3 et §. 18 Eryxiam medicum Piraeum totius litis auctorem esse pronuntiat, tamen neutro loco rationibus rem probare instituit. opportuniore uero condicione fuit Apaturius: primum enim Aristocles [1]) testaturus erat actorem pro Parmenonte spopondisse. nec ea, quae ad Aristoclis fidem labefactandam ab oratore §. 38 prolata sunt, nisi Apaturi iussu pactio deleta esset, futurum fuisse ut iste uehementer iratus Aristoclem nomine deletae pactionis postularet, tantum ualere mihi uidentur, ut ab Apaturio reici non potuerint. hic enim urguebat opinor sine fraude et dolo tabellam amissam esse exposuitque magni sua interfuisse, ne eius susciperet inimicitias, quem solum testem sibi fore sciuisset. ac profecto non sine aliqua probabilitatis specie dicere haec potuit: nam orator neglexerat illud urguere, quo summo opere Aristocli fidem detrahere poterat: eundem Apaturi praedem fuisse, qui Parmenontem condemnasset [2]); neglexerat ex-

1) cf. § 38.

2) merito Darestius pag. 199 hoc miratur: la caution d'Apatourios inquit était précisément son arbitre Aristoclès, ce qui

ponere multum Aristoclis interesse Apaturi caussam stare: nam ei timendum esse, ne si Parmenon uicisset, ipse pecuniam dissoluere cogeretur, quippe qui pro Apaturio spopondisset: iure autem non uiolato uicturum fuisse Parmenontem, quod melior esset eius caussa; neglexerat denique demonstrare audacissimum hominem esse Aristoclem, qui peierare non dubitaret. non minimum porro Apaturius ea re adiuuabatur, quod Parmenon Athenas non redierat: poterat enim mentiri et, quae eius erat audacia, mentitus est Parmenontem non redisse, propterea quod caussam suam desperasset. postremo Apaturio infinita quaedam fingendi et commentandi potestas erat, quia Phocritus, quem tertium ex arbitris fuisse uidimus, Athenis tum uidetur abfuisse, quippe nulla eius mentio fit. quae cum ita essent, iudices, nisi Parmenontem contra leges condemnari meminerant, facillime permoueri poterant, ut Apaturio obsecundarent, quamquam actoris caussa melior erat.

Quoniam de caussa ipsa deque eius actoribus exposuimus, sequitur ut quaeramus [1]), quo fere anno oratio habita esse uideatur. quod F. Rankius quondam in libri qui inscribitur encyclopaedie der wissensch. u. künste tom. 24. pag. 118. sperauit fore aliquando ut tempus orationis XXXIII. accurate definiri posset, id adhuc euentum non habuit. neque enim contigit, ut inuestigaretur, quo anno terrae ille motus fuisset, quo Cherronesus uastata esse in oratione narratur. tantum constat post annum 341 orationem habitam esse: nam Heraclidae argentaria, quam tertio anno ante quam lis intenta est dissolutam esse §. 9 scriptum uidemus, usque ad annum 343 floruit [2]). Arnoldus

---

paraît étrange, car l'arbitre se trouvait ainsi avoir un interêt dans l'affaire qu'il était appellé à juger.

1) cf. Schaeferi uol. IIIB pag. 299 prox.; Blass. l. cl. pag. 512.

2) cf. [Dem.] XXXXVIII. 12 *ἀργύριον δ' εἴ τι κατέλιπεν ὁ Κόνων* — qui quidem anno 343 mortuus est, cf. eiusdem orationis §. 26 et Schaef. IIIB pag. 239 — *φανερὸν ἐπὶ τῇ τραπέζῃ τῇ Ἡρακλείδου, τοῦθ' ἅπαν σχεδόν τι ἀνηλώθη εἴς τε τὴν ταφὴν καὶ τἄλλα τὰ νομιζόμενα.*

igitur Schaefer, cuius u. d. conputationem Darestius pag. 199 repetiit, orationem Alexandri Macedonum regis temporibus habitam esse dixit, propterea quod mercatura et nauigatio tum ipsum floruissent et quia cl. §. 5. iam multos annos amicitia et commercium inter Byzantios et Athenienses fuisse narraretur. quorum quidem argumentorum alterum, quamquam nobismet neglegendum non est, tamen a Schaefero, quippe qui inquilinum Atheniensem esse actorem uellet, afferri non potuit. etenim fac peregrinum eum fuisse, ut non fuit: num necesse est Athenis eum non modo natum esse sed semper habitauisse? nonne antea quam Athenas se contulisset, alio in oppido commorari potuit atque etiam tum, cum summae essent inimicitiae inter Athenienses et Byzantios, tamen Byzanti uersari? at uero nos, quibus inquilinum fuisse actorem non est probatum, haec mittamus necesse est. nihilo tamen setius Blassio assentiundum est, qui u. d. Schaeferi conputationem omnibus numeris absolutam esse negat. etenim posse aliquam inueniri rationem, secundum quam oratio ante id quod Schaefer inuenit tempus habita esse possit, equidem persuasum habeo.

ponamus autem sub finem aestatis anni 341 Heraclidae argentariam dissolutam esse. ita sequitur, ut oratio hieme anni 339 habita sit [1]), quo quidem anno certe Pyanepsione Maemacterione Posideone mensibus [2]) Atheniensium res non iam ita perturbatae erant, ut iudicia mercatoria non essent. iam uero cum aestate anni 341 Byzantios cum Atheniensibus foedus icisse constet [3]), nulla re prohibemur quo minus mercatores Byzantios, qui sunt Apaturius et Phocritus, eodem anno Athenis uersatos esse existimemus. nec huic rationi illud obstat, quod actor multos per annos Byzanti commoratus esse narratur. etenim si anno 339 caussa diudicata est, ab anno fere 345 nauigare destitit. post annum autem 355, quo anno Athenienses bello sociali

1) cf. § 26.

2) § 23. *αἱ δὲ λῆξεις τῶν δικῶν τοῖς ἐμπόροις ἔμμηνοί εἰσιν ἀπὸ τοῦ βοηδρομιῶνος μέχρι τοῦ μουνυχιῶνος.*

3) cf. Arnoldi Schaeferi de Demosthene uol. II. pag. 450. 465.

finito concessere, ut Byzantii liberi essent [1]), certe usque ad annum 351, quo anno Byzantii cum Philippo Macedonum rege foedus fecerunt, commercium inter Athenienses et Byzantios fuisse non est quod negemus. his igitur annis actorem Byzanti uersatum existimo. atque ita fieri potuit, ut oratio anno 339 haberetur, id quod multo planius ex tabula hac intelleges:

a. 355—351 actor Byzanti uersatur.
a. 345 idem nauigare desistit.
a. 344—339 idem pecunias Athenis foeneratur.
a. 343 argentaria Heraclidae floret.
a. 341 aestate Apaturius Parmenon Phocritus Athenas ueniunt.
prior contractus fit inter Apaturium et actorem.
Heraclidae argentaria dissoluitur.
nauis Apaturi uenit. litigant inter se Apaturius et Parmenon.
Parmenon domum abit.
initio hiemis Aristocles de Parmenontis caussa cognoscit.
sub finem hiemis Apaturius actorem de sponsione non postulat.
a. 340 hieme Apaturius actorem non accusat.
a. 339 hiemis initio Apaturius actorem de sponsione postulat. actor excipit.

uerum hanc rationem non magis absolutam et perfectam esse quam Schaeferi infitiari non queo: tantum demonstrare uolui, non recte Schaeferum ante tempora regni Alexandri orationem habitam esse plane negauisse.

1) cf. Schaef. I. pag. 168 proxx.

Caput II.

De scriptore orationis aduersus Apaturium habitae.

Oratio aduersus Apaturium habita (*πρὸς Ἀπατούριον παραγραφή*) inter Demosthenis orationes XXXIII numeratur, ut orationum paragraphicarum quae dicuntur secunda sit. nec umquam uidetur antiquis temporibus dubitatum esse, quin Demosthenis existimanda esset. Harpocrationi certe, qui multarum orationum Demosthenicarum inscriptionibus illud *εἰ γνήσιος ὁ λόγος* adiecit, dubia non est uisa s. u. *Ὀφρύνιον* pag. 229 Dind. *Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Ἀπατούριον. πόλις ἐστὶ τῆς Τρῳάδος ὡς δηλοῖ Ἀνδροτίων ἐν γ' Ἀτθίδος.* item Iulius Pollux, cuius tamen iudicium minoris ducendum est, quoniam quidem non plus semel — IIII. 144 — Demosthenis orationem in suspitionem uocauit, ut Demosthenis illam orationem laudauit II. 28. *ἀποῤῥηθὲν δ' αὐτῷ Δημοσθένης εἶπε τὸ ἀπαγορευθέν* — cf. orationis §. 21. — et VIII. 64. *προσθετέον δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ τάδε· δίαιτα διαιτητὴς συνδιαιτητής, ὡς Δημοσθένης* — cf. orationis §§. 19. 20. 33. *ἄνευ τῶν συνδιαιτητῶν* — et fortasse etiam II. 129. *ἀπόφασις δ' ἐπὶ διαιτητοῦ ἦν καὶ γνῶσιν καλεῖ Δημοσθένης* — cf. orationis §. 22. *περὶ τὴν γνῶσιν τῆς διαίτης*, 23. *τῆς γνώσεως γενομένης*, 29. *μὴ γενομένης τῆς γνώσεως*, 30. *μελλούσης γνώσεως γενήσεσθαι*, 32. *ἰσχυριζόμενος τῇ Ἀριστοκλέους γνώσει* — quae tamen uerba etiam ad or. XXXVI. §§. 16 et 17 respicere possunt — *τὴν γνῶσιν τὴν γενομένην ἐν ἀκροπόλει, ἀκούετε τῆς γνώσεως* —[1]). recentiore autem memoria et Benseler in

1) ne quis decipiatur, Pollucis uerba VI. 153. = VIII. 30. *καὶ ὁ Δημοσθένης καταψευδομαρτυροῦμαι* sc. *λέγει* non ad XXXIII. 37. *καταψευδομαρτυρηθείς* referenda sunt, sed ad XXI. 136. *ἀλλ' οὗτοι δι' ἔχθραν καταψεύδονταί μου, καταψευδομαρτυροῦμαι*, ubi prorsus eadem forma est.

libro de hiatu apud oratores Atticos pag. 151 et Arnoldus Schaefer l. cl. orationem illam a Demosthene abiudicandam esse existimarunt, horumque uestigia nuperrime pressere Blassius in III de Atticorum eloquentia uolumine pag. 415 proxx., qui quidem paullo accuratius quam superiores de orationis genere disseruit, et Gustauus Gebauer in libro ‚de hypotacticis et paratacticis argumenti ex contrario formis' hoc anno Zwiccauiae euolgato, qui u. d., cum XXXIII orationem laudaret, Demosthenis nomen uncis inclusit. contra qui orationem illam Demostheni aperte uindicaret, nemo inuentus est praeter Ioannem Hermannum, qui in praefatiunculis ad Demosthenis orationes paragraphicas hoc saltem dixit: non esse quam ob rem oratio Demosthenis esse non posset. quae cum ita sint, dicet aliquis *ὦ βέλτιστε μὴ γλαῦχ' εἰς Ἀθήνας.* non uereor equidem: nam Schaefer et maxime Blassius, quamquam in uniuersum recte iudicasse existimandi sunt, tamen, qui erant fines eorum libris praescripti, non tam demonstrauerunt quam indicauerunt orationem illam a Demosthene esse abiudicandam: mihi autem contigit, ut singula argumenta diligenter conquirerem et accurate exponerem, quam operam non prorsus inutilem fuisse persuasum habeo. uerum haec hactenus. ad ipsam iam rem accedamus. primum autem de dispositione tum de elocutione orationis illius disserendum erit.

DISPOSITIO ORATIONIS XXXIII.

I. *ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ* (EXORDIVM siue PRINCIPIVM) (1—3).
quibus ex legibus paragraphe intenta sit exponitur. explicatur autem,
1) quibus condicionibus mercatoriae lites instrui possint (1),
2) quibus condicionibus aduersus litem mercatoriam excipere liceat (2),
3) quibus ex legibus ipse actor paragraphen intenderit(3).

ut Aristoteles et Anaximenes[1]) praecipiunt, ut prooemio

1) cf. Spengeli rhett. Graecc. I. 150. 18, I. 214. 11 proxx. et Volkmanni librum de arte rhetorica Graecorum Romanorumque pag. 90.

non solum attentio (*πρόσεξις* siue *προσοχή*) et docilitas (*εὐμάθεια*) eorum qui audiant moueatur, sed etiam eorundem beniuolentia (*εὔνοια*) conparetur, sic orator, ut beniuolas sibi redderet iudicum auris, duas huic exordio sententias addidit: primum enim multos iam ante se eisdem de caussis excepisse monet, tum se demonstraturum promittit hominem quendam maliuolentissimum totius litis auctorem fuisse. quamquam *δέησις* insinuatio illa [1]), quam plerarumque Demosthenis orationum priuatarum exordia continent, hoc in prooemio ut in paucis aliis orationibus Demosthenicis desideratur.

LEGES RECITANTVR [2]).

II. *ΠΡΟΘΕΣΙΣ* siue *ΠΡΟΒΛΗΜΑ* (PROPOSITIO).

contra has leges Apaturium actionem intendisse se demonstraturum orator promittit (4 a).

III.[3]) *ΔΙΗΓΗΣΙΣ* (NARRATIO), quae ex oratorum Atticorum

---

1) uerba dico haec XXVII. 3. *δέομαι δ' ὑμῶν μετ' εὐνοίας τέ μου ἀκοῦσαι κἂν ἠδικῆσθαι δοκῶ, βοηθῆσαί μοι τὰ δίκαια* uel similia, qualia continent prooemia orationum Dem. XXXVII. 3, XXXVIII. 2, LIIII. 2, LV. 2, LVII. 1, et [Dem.] XXXIIII. 1, XXXV. 5, XXXX. 4, XXXXII. 4, XXXXIII. 2, XXXXIIII. 3, XXXXV. 1, XXXXVII. 3, XXXXVIII. 3, L. 2 & 3, LVI. 4, LVIII. 3. rarius haec insinuatio ad adtentionem efficiundam usurpata est: [Dem.] XXXII. 3 *δέομαι δ' ὑμῶν ἁπάντων εἴπερ ἄλλῳ τινὶ πώποτε τὸν νοῦν προσέσχετε, καὶ τούτῳ προσσχεῖν*, LII. 2. adde huc Dem. XXXXI. 1. *ὅμως ὦ ἄνδρες δικασταὶ προσέχετε τὸν νοῦν*. prorsus ista insinuatione carent Dem. orr. XXX. XXXVI. XXXVIIII, et [Dem.] orr. XXV. XXVIII. XXXXVIIII. LI. LIII. LVIII. orationum denique XXVII. XXXI. [XXVI.] [XXXXVI.] ut deuterologiarum ratio haberi non potest. orationum uero iudicialium publicarum eandem formulam in prooemio exhibent XVIII. 6, XVIIII. 1, XXI. 7, XXII. 4, XXIII. 4.

2) hoc ex loco euidentissime, quam nudus sit orationis huius habitus, perspicitur. nullam praeterea in corpore orationum Demosthenicarum noui orationem, in qua pari modo leges, ex quibus actio intenta sit, statim post exordium proponantur.

3) scriptor orationis ipse narrationem et probationem artius cohaerere uoluit quam probationem et refutationem. id quod facile intellexeris, si paragraphum quartam *ἐκ πολλῶν ὑμῖν τοῦτ' ἐπιδείξω* cum paragrapho quinta et tricesima *ἐκ πολλῶν οἶμαι ἐπιδεδεῖχθαι τοῦτο ὑμῖν* contuleris. cf. Blassius pag. 514. not. 5 extr.

qui u. d. pag. 292 haec: hätte sich der beklagte inquit wirklich für Parmenon verbürgt, so wäre auch gegen ihn eine handelsklage zulässig gewesen [1]). ein eigentlicher handelsvertrag läge nun hier nicht im mittel, die rechtsstreitigkeit selbst bezieht sich nur mittelbar darauf, nur insofern als der beklagte und Parmenon geld hergegeben hatten um die gläubiger des Apaturius aus einem handelsvertrage zu befriedigen und die deshalb geschehene pfandbestellung eine zwistigkeit zwischen Parmenon und Apaturius herbeiführt [2]). nec mea sententia eo infirmatur, quod actor non tam negat litem mercatoriam sibi intendi licitum esse, quam res ab Apaturio allatas fictas esse demonstrat: neque enim oratorem prorsus fugit id potissimum sibi demonstrandum esse contractum mercatorium nullum actori esse cum Apaturio — cf. 3. ἄλλου δὲ συμβολαίου οὐκ ὄντος ἐμοὶ πρὸς τοῦτον παρεγραψάμην κτλ. 13. μετὰ ταῦτα τοίνυν ἐμοὶ μὲν οὔτε μεῖζον οὔτ' ἔλαττον πρὸς αὐτὸν συμβόλαιον γέγονεν, — sed quoniam fines iuris dictionum Athenis minus accurate praescripti erant, tutius fore existimauit praesertim apud iudices iuris imperitos, si non modo nullum contractum mercatorium, sed omnino nihil negoti sibi cum Apaturio esse demonstrauisset [3]). adde quod mos tum Athenis inueterauerat, ut excipientes non solum exceptiones suas legitimas esse iudicibus persuaderent, sed etiam caussas suas meliores esse oratione eadem probarent [4]). denique ad extremum ne quis miretur, quod

1) eandem in sententiam Blassius pag. 514 haec: war dies der fall, inquit, (si actor pro Parmenonte praes factus esset), so stand auf grund dieses geschäftsverhältnisses die handelsklage dem Ap. frei.

2) posteriorem huius sententiae partem uerbum ex uerbo I. Hermannus pag. 8 repetiit.

3) cf. Platner l. cl.: die auf diese umstände gestützte paragraphe bezweckt die abweisung der klage aus dem grunde, weil die tatsachen unwahr und erdichtet sind, aber nicht darum, weil dieselben an und für sich zu keiner handelsklage sich eigneten. I. Hermannus pag. 8 Platnerum ita sequitur, ut ne uerba quidem immutauerit, quamquam auctorem suum non laudat.

4) cf. Schoem. de litt. Att. pag. 650 med. et Volkmannus, de Graecorum arte rhetorica, Berolini 1872, pag. 57.

Apaturius mercatoriam potius litem quam aliam intendit: saepius factum uidetur, ut actionibus menstruis — sic enim appellamus quas Graeci *ἐμμήνους* dicunt — contra leges uterentur, quo faciliore et commodiore iudicio ad ius suum peruenirent, ueluti Pantaenetum a Nicobulo actione mercatoria de pecunia accusatum esse memoriae proditum est[1]).

uenio nunc ad exceptionem[2]). actor enim, sine dubio quia metuebat, ne si summatim actione menstrua caussa ageretur, iudices Apaturi artibus et fallaciis deciperentur, ad caussam delatam descendere noluit sed *παραγραφῇ* exceptione est usus, ut mercatoriam actionem sibi debere intendi negaret. atque orator, ut iure actorem excepisse probet, duas affert leges[3]), quarum altera paragrapho tertia his uerbis continetur: *ὅσα μὲν ἐμοὶ καὶ τούτῳ ἐγένετο συμβόλαια πάντων ἀπαλλαγῆς καὶ ἀφέσεως γενομένης*, altera, quam maxime premit orator eamque ob caussam planis uerbis paragrapho I & II expressam in principio orationis posuit, uerbis proximis significatur: *ἄλλου συμβολαίου οὐκ ὄντος οὔτε ναυτικοῦ οὔτε ἐγγύου.* quarum legum prior, quamquam non solum ad iudicia mercatoria pertinet, sed quasi normam quandam omnium iudiciorum continet — cf. XXXVI. 23. *οὐκ ἐώντων τῶν νόμων δίκας ὧν ἂν ἀφῇ τις ἅπαξ λαγχάνειν* cl. §. 25. *διόπερ τοῦτο πρῶτον ἔγραψεν ὁ τὸν νόμον θεὶς ὧν μὴ εἶναι δίκας, ὅσα τις ἀφῆκεν ἢ ἀπήλλαξεν.* XXXVII. 1. *δεδωκότων τῶν νόμων παραγράψασθαι περὶ ὧν ἄν τις ἀφεὶς καὶ ἀπαλλάξας δικάζηται.* XXXVIII. 1. *δεδωκότων τῶν νόμων παραγράψασθαι περὶ ὧν ἄν τις ἀφεὶς καὶ ἀπαλλάξας πάλιν δικάζηται* cl. 25. [XXXV.] 5, 6, 40, 51. — tamen non minimum ualet ad interpretandam alteram legem, qua tota exceptio nititur: *τοῖς περὶ τῶν μὴ γενομένων συμβολαίων εἰς κρίσιν καθισταμένοις ἐπὶ τὴν παραγραφὴν καταφεύγειν ἔδωκεν ὁ*

1) XXXVII. 35—38. cf. Schaefer. uol. IIIB pag. 200 proxx.

2) de exceptione cf. Heffter pag. 289 proxx., Schoem. litt. Attic. pag. 644 prox., Platner. I. pag. 138 proxx.

3) *κατὰ τοὺς νόμους τουτουσί*: hoc contra Blassium monuerim, qui l. cl. et pag. 512 et pag. 513 de una lege loquitur: der vom gesetze vorgesehene fall — das gesetz wird vorgelesen.

νόμος §. 1. cl. [XXXII.] 1 et [XXXIIII.] 4. deinde orator priorem contractum solutum esse testimoniis probat (12), postea autem nullum actori cum Aputurio contractum fuisse ita demonstrat, ut omnino nihil ei negoti cum aduersario fuisse exponat. negat igitur actorem pro Parmenonte praedem factum esse. quod cum testimonio conprobari dicunt I. Hermannus pag. 8 et A. Schaefer ima pag. 298, maximo in errore uersantur. immo probatio inartificialis nulla est: neque enim post paragraphum quintam decimam, ubi Archippus pro Parmenonte spopondisse narratur, huius rei testimonium profertur — cf. 16 *ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ. ὅτι μὲν ἐτέθησαν αἱ συνθῆκαι παρὰ Ἀριστοκλεῖ καὶ ἡ ἐπιτροπὴ ἐγένετο Φωκρίτῳ καὶ Ἀριστοκλεῖ καὶ ἐμοὶ, οἱ εἰδότες ταῦτα μεμαρτυρήκασιν ὑμῖν* — et post paragraphum alteram et uicesimam, ubi *μάρτυρας παρασχήσεσθαι* orator pollicetur, *ὡς οὐκ ἠγγυήσατο αὐτὸς τὸν Παρμένοντα ἀλλ' Ἄρχιππος Μυῤῥινούσιος*, testimonium frustra quaeres [1]). argumenta autem, quibus orator utitur, sunt haec: primum quidem si actor praes esset, statim Apaturium pecuniam exacturum fuisse nec tertio demum anno post, cum praesertim et egestate pressus et actori inimicus fuisset ac lex sponsiones annuas iuberet esse, deinde addit actorem prohibiturum fuisse, quo minus Parmenon abiret, tum dicit eundem ita potius se defensurum fuisse, ut arbitrium esse ratum negaret, postremo negitat Apaturi accusationem ullo fundamento niti, quia pactio amissa sit.

at orator cum hunc in modum exceptionem defendat, ipse concedere uidetur mercatoriam litem permitti, si praedem esse actorem demonstratum sit. at uero hinc nihil efficitur nisi hoc, oratorem confisum esse facile probari posse praedem illum non esse factum. non efficitur certe illud, quod antea improbandum esse putauimus: paragraphen idcirco factam esse, quod res ab Apaturio allatae fictae essent. neque uero uituperandus est orator, quod in eo potissimum uersatur, ut actorem pro Permanonte

1) cf. Blassius pag. 512. not. 2. accuratius hac de re infra disseremus.

spopondisse negitet. si enim Apaturius praedem esse actorem iudicibus persuadere poterat, actor dissoluere debuit etiam si non mercatoria, at alia certe actione damnatus.

uerum enim uero summo opere equidem uereor, ne orator id quod uoluit iudicibus probare non potuerit. primum quidem nullo testimonio demonstratum est Archippum Myrrhinusium pro Parmenonte spopondisse. quid? nonne mirandum est, quod non ipsum Archippum orator testem adhibuit? at dicet aliquis Archippum ueritum, ne ipse pecuniam dissoluere cogeretur, testimonium edere noluisse. at hoc certe monendum erat ab oratore simulque erat exponendum, quam parui putandum esset Archippi silentium. hac igitur a parte non dubium est quin actoris oratio et acerrime et felicissime impugnari potuerit, nisi forte Archippus iam uita cesserat, quod tamen silentio praetermittere orator non debuit. deinde orator non demonstrauit pactionem idcirco deletam esse, ne Apaturi prauis consiliis obstaret. nam quamquam bis §. 3 et §. 18 Eryxiam medicum Piraeum totius litis auctorem esse pronuntiat, tamen neutro loco rationibus rem probare instituit. opportuniore uero condicione fuit Apaturius: primum enim Aristocles [1]) testaturus erat actorem pro Parmenonte spopondisse. nec ea, quae ad Aristoclis fidem labefactandam ab oratore §. 38 prolata sunt, nisi Apaturi iussu pactio deleta esset, futurum fuisse ut iste uehementer iratus Aristoclem nomine deletae pactionis postularet, tantum ualere mihi uidentur, ut ab Apaturio reici non potuerint. hic enim urguebat opinor sine fraude et dolo tabellam amissam esse exposuitque magni sua interfuisse, ne eius susciperet inimicitias, quem solum testem sibi fore sciuisset. ac profecto non sine aliqua probabilitatis specie dicere haec potuit: nam orator neglexerat illud urguere, quo summo opere Aristocli fidem detrahere poterat: eundem Apaturi praedem fuisse, qui Parmenontem condemnasset [2]); neglexerat ex-

1) cf. § 38.

2) merito Darestius pag. 199 hoc miratur: la caution d'Apatourios inquit était précisément son arbitre Aristoclès, ce qui

ponere multum Aristoclis interesse Apaturi caussam stare: nam ei timendum esse, ne si Parmenon uicisset, ipse pecuniam dissoluere cogeretur, quippe qui pro Apaturio spopondisset: iure autem non uiolato uicturum fuisse Parmenontem, quod melior esset eius caussa; neglexerat denique demonstrare audacissimum hominem esse Aristoclem, qui peierare non dubitaret. non minimum porro Apaturius ea re adiuuabatur, quod Parmenon Athenas non redierat: poterat enim mentiri et, quae eius erat audacia, mentitus est Parmenontem non redisse, propterea quod caussam suam desperasset. postremo Apaturio infinita quaedam fingendi et commentandi potestas erat, quia Phocritus, quem tertium ex arbitris fuisse uidimus, Athenis tum uidetur abfuisse, quippe nulla eius mentio fit. quae cum ita essent, iudices, nisi Parmenontem contra leges condemnari meminerant, facillime permoueri poterant, ut Apaturio obsecundarent, quamquam actoris caussa melior erat.

Quoniam de caussa ipsa deque eius actoribus exposuimus, sequitur ut quaeramus [1]), quo fere anno oratio habita esse uideatur. quod F. Rankius quondam in libri qui inscribitur encyclopaedie der wissensch. u. künste tom. 24. pag. 118. sperauit fore aliquando ut tempus orationis XXXIII. accurate definiri posset, id adhuc euentum non habuit. neque enim contigit, ut inuestigaretur, quo anno terrae ille motus fuisset, quo Cherronesus uastata esse in oratione narratur. tantum constat post annum 341 orationem habitam esse: nam Heraclidae argentaria, quam tertio anno ante quam lis intenta est dissolutam esse §. 9 scriptum uidemus, usque ad annum 343 floruit [2]). Arnoldus

---

paraît étrange, car l'arbitre se trouvait ainsi avoir un interêt dans l'affaire qu'il était appellé à juger.

1) cf. Schaeferi uol. IIIB pag. 299 prox.; Blass. l. cl. pag. 512.

2) cf. [Dem.] XXXXVIII. 12 *ἀργύριον δ' εἴ τι κατέλιπεν ὁ Κόνων* — qui quidem anno 343 mortuus est, cf. eiusdem orationis §. 26 et Schaef. IIIB pag. 239 — *φανερὸν ἐπὶ τῇ τραπέζῃ τῇ Ἡρακλείδου, τοῦθ' ἅπαν σχεδόν τι ἀνηλώθη εἴς τε τὴν ταφὴν καὶ τἄλλα τὰ νομιζόμενα.*

igitur Schaefer, cuius u. d. conputationem Darestius pag. 199 repetiit, orationem Alexandri Macedonum regis temporibus habitam esse dixit, propterea quod mercatura et nauigatio tum ipsum floruissent et quia cl. §. 5. iam multos annos amicitia et commercium inter Byzantios et Athenienses fuisse narraretur. quorum quidem argumentorum alterum, quamquam nobismet neglegendum non est, tamen a Schaefero, quippe qui inquilinum Atheniensem esse actorem uellet, afferri non potuit. etenim fac peregrinum eum fuisse, ut non fuit: num necesse est Athenis eum non modo natum esse sed semper habitauisse? nonne antea quam Athenas se contulisset, alio in oppido commorari potuit atque etiam tum, cum summae essent inimicitiae inter Athenienses et Byzantios, tamen Byzanti uersari? at uero nos, quibus inquilinum fuisse actorem non est probatum, haec mittamus necesse est. nihilo tamen setius Blassio assentiundum est, qui u. d. Schaeferi conputationem omnibus numeris absolutam esse negat. etenim posse aliquam inueniri rationem, secundum quam oratio ante id quod Schaefer inuenit tempus habita esse possit, equidem persuasum habeo.

ponamus autem sub finem aestatis anni 341 Heraclidae argentariam dissolutam esse. ita sequitur, ut oratio hieme anni 339 habita sit [1]), quo quidem anno certe Pyanepsione Maemacterione Posideone mensibus [2]) Atheniensium res non iam ita perturbatae erant, ut iudicia mercatoria non essent. iam uero cum aestate anni 341 Byzantios cum Atheniensibus foedus icisse constet [3]), nulla re prohibemur quo minus mercatores Byzantios, qui sunt Apaturius et Phocritus, eodem anno Athenis uersatos esse existimemus. nec huic rationi illud obstat, quod actor multos per annos Byzanti commoratus esse narratur. etenim si anno 339 caussa diudicata est, ab anno fere 345 nauigare destitit. post annum autem 355, quo anno Athenienses bello sociali

1) cf. § 26.

2) § 23. *αἱ δὲ λήξεις τῶν δικῶν τοῖς ἐμπόροις ἔμμηνοί εἰσιν ἀπὸ τοῦ βοηδρομιῶνος μέχρι τοῦ μουνυχιῶνος.*

3) cf. Arnoldi Schaeferi de Demosthene uol. II. pag. 450. 455.

finito concessere, ut Byzantii liberi essent [1]), certe usque ad annum 351, quo anno Byzantii cum Philippo Macedonum rege foedus fecerunt, commercium inter Athenienses et Byzantios fuisse non est quod negemus. his igitur annis actorem Byzanti uersatum existimo. atque ita fieri potuit, ut oratio anno 339 haberetur, id quod multo planius ex tabula hac intelleges:

a. 355—351 actor Byzanti uersatur.
a. 345 idem nauigare desistit.
a. 344—339 idem pecunias Athenis foeneratur.
a. 343 argentaria Heraclidae floret.
a. 341 aestate Apaturius Parmenon Phocritus Athenas ueniunt.
prior contractus fit inter Apaturium et actorem.
Heraclidae argentaria dissoluitur.
nauis Apaturi uenit. litigant inter se Apaturius et Parmenon.
Parmenon domum abit.
initio hiemis Aristocles de Parmenontis caussa cognoscit.
sub finem hiemis Apaturius actorem de sponsione non postulat.
a. 340 hieme Apaturius actorem non accusat.
a. 339 hiemis initio Apaturius actorem de sponsione postulat. actor excipit.

uerum hanc rationem non magis absolutam et perfectam esse quam Schaeferi infitiari non queo: tantum demonstrare uolui, non recte Schaeferum ante tempora regni Alexandri orationem habitam esse plane negauisse.

1) cf. Schaef. I. pag. 168 proxx.

Caput II.

De scriptore orationis aduersus Apaturium habitae.

Oratio aduersus Apaturium habita (*πρὸς Ἀπατούριον παραγραφή*) inter Demosthenis orationes XXXIII numeratur, ut orationum paragraphicarum quae dicuntur secunda sit. nec umquam uidetur antiquis temporibus dubitatum esse, quin Demosthenis existimanda esset. Harpocrationi certe, qui multarum orationum Demosthenicarum inscriptionibus illud *εἰ γνήσιος ὁ λόγος* adiecit, dubia non est uisa s. u. *Ὀφρύνιον* pag. 229 Dind. *Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Ἀπατούριον. πόλις ἐστὶ τῆς Τρφάδος ὡς δηλοῖ Ἀνδροτίων ἐν γ' Ἀτθίδος.* item Iulius Pollux, cuius tamen iudicium minoris ducendum est, quoniam quidem non plus semel — IIII. 144 — Demosthenis orationem in suspitionem uocauit, ut Demosthenis illam orationem laudauit II. 28. *ἀποῤῥηθὲν δ' αὐτῷ Δημοσθένης εἶπε τὸ ἀπαγορευθέν* — cf. orationis §. 21. — et VIII. 64. *προσθετέον δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ τάδε· δίαιτα διαιτητής συνδιαιτητής, ὡς Δημοσθένης* — cf. orationis §§. 19. 20. 33. *ἄνευ τῶν συνδιαιτητῶν* — et fortasse etiam II. 129. *ἀπόφασις δ' ἐπὶ διαιτητοῦ ἣν καὶ γνῶσιν καλεῖ Δημοσθένης* — cf. orationis §. 22. *περὶ τὴν γνῶσιν τῆς διαίτης*, 23. *τῆς γνώσεως γενομένης*, 29. *μὴ γενομένης τῆς γνώσεως*, 30. *μελλούσης γνώσεως γενήσεσθαι*, 32. *ἰσχυριζόμενος τῇ Ἀριστοκλέους γνώσει* — quae tamen uerba etiam ad or. XXXVI. §§. 16 et 17 respicere possunt — *τὴν γνῶσιν τὴν γενομένην ἐν ἀκροπόλει, ἀκούετε τῆς γνώσεως* —[1]). recentiore autem memoria et Benseler in

1) ne quis decipiatur, Pollucis uerba VI. 153. = VIII. 30. *καὶ ὁ Δημοσθένης καταψευδομαρτυροῦμαι* sc. *λέγει* non ad XXXIII. 37. *καταψευδομαρτυρηθείς* referenda sunt, sed ad XXI. 136. *ἀλλ' οὗτοι δι' ἔχθραν καταψεύδονταί μου, καταψευδομαρτυροῦμαι*, ubi prorsus eadem forma est.

libro de hiatu apud oratores Atticos pag. 151 et Arnoldus Schaefer l. cl. orationem illam a Demosthene abiudicandam esse existimarunt, horumque uestigia nuperrime pressere Blassius in III de Atticorum eloquentia uolumine pag. 415 proxx., qui quidem paullo accuratius quam superiores de orationis genere disseruit, et Gustauus Gebauer in libro „de hypotacticis et paratacticis argumenti ex contrario formis" hoc anno Zwiccauiae euolgato, qui u. d., cum XXXIII orationem laudaret, Demosthenis nomen uncis inclusit. contra qui orationem illam Demostheni aperte uindicaret, nemo inuentus est praeter Ioannem Hermannum, qui in praefatiunculis ad Demosthenis orationes paragraphicas hoc saltem dixit: non esse quam ob rem oratio Demosthenis esse non posset. quae cum ita sint, dicet aliquis *ὦ βέλτιστε μὴ γλαῦχ' εἰς Ἀθήνας.* non uereor equidem: nam Schaefer et maxime Blassius, quamquam in uniuersum recte iudicasse existimandi sunt, tamen, qui erant fines eorum libris praescripti, non tam demonstrauerunt quam indicauerunt orationem illam a Demosthene esse abiudicandam: mihi autem contigit, ut singula argumenta diligenter conquirerem et accurate exponerem, quam operam non prorsus inutilem fuisse persuasum habeo. uerum haec hactenus. ad ipsam iam rem accedamus. primum autem de dispositione tum de elocutione orationis illius disserendum erit.

DISPOSITIO ORATIONIS XXXIII.

I. *ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ* (EXORDIVM siue PRINCIPIVM) (1—3).
quibus ex legibus paragraphe intenta sit exponitur. explicatur autem,
1) quibus condicionibus mercatoriae lites instrui possint (1),
2) quibus condicionibus aduersus litem mercatoriam excipere liceat (2),
3) quibus ex legibus ipse actor paragraphen intenderit(3).

ut Aristoteles et Anaximenes[1]) praecipiunt, ut prooemio

1) cf. Spengeli rhett. Graecc. I. 150. 18, I. 214. 11 proxx. et Volkmanni librum de arte rhetorica Graecorum Romanorumque pag. 90.

non solum attentio (*πρόσεξις* siue *προσοχή*) et docilitas (*εὐμάθεια*) eorum qui audiant moueatur, sed etiam eorundem beniuolentia (*εὔνοια*) conparetur, sic orator, ut beniuolas sibi redderet iudicum auris, duas huic exordio sententias addidit: primum enim multos iam ante se eisdem de caussis excepisse monet, tum se demonstraturum promittit hominem quendam maliuolentissimum totius litis auctorem fuisse. quamquam *δέησις* insinuatio illa [1]), quam plerarumque Demosthenis orationum priuatarum exordia continent, hoc in prooemio ut in paucis aliis orationibus Demosthenicis desideratur.

LEGES RECITANTVR[2]).

II. *ΠΡΟΘΕΣΙΣ* siue *ΠΡΟΒΛΗΜΑ* (PROPOSITIO).

contra has leges Apaturium actionem intendisse se demonstraturum orator promittit (4 a).

III.[3]) *ΔΙΗΓΗΣΙΣ* (NARRATIO), quae ex oratorum Atticorum

---

1) uerba dico haec XXVII. 3. *δέομαι δ' ὑμῶν μετ' εὐνοίας τέ μου ἀκοῦσαι κἂν ἠδικῆσθαι δοκῶ, βοηθῆσαί μοι τὰ δίκαια* uel similia, qualia continent prooemia orationum Dem. XXXVII. 3, XXXVIII. 2, LIIII. 2, LV. 2, LVII. 1, et [Dem.] XXXIIII. 1, XXXV. 5, XXXX. 4, XXXXII. 4, XXXXIII. 2, XXXXIIII. 3, XXXXV. 1, XXXXVII. 3, XXXXVIII. 3, L. 2 & 3, LVI. 4, LVIII. 3. rarius haec insinuatio ad adtentionem efficiundam usurpata est: [Dem.] XXXII. 3 *δέομαι δ' ὑμῶν ἁπάντων εἴπερ ἄλλῳ τινὶ πώποτε τὸν νοῦν προσέσχετε, καὶ τούτῳ προσοχεῖν,* LII. 2. adde huc Dem. XXXXI. 1. *ὅμως ὦ ἄνδρες δικασταὶ προσέχετε τὸν νοῦν.* prorsus ista insinuatione carent Dem. orr. XXX. XXXVI. XXXVIIII, et [Dem.] orr. XXV. XXVIIII. XXXXVIIII. LI. LIII. LVIIII. orationum denique XXVII. XXXI. [XXVI.] [XXXXVI.] ut deuterologiarum ratio haberi non potest. orationum uero iudicialium publicarum eandem formulam in prooemio exhibent XVIII. 6, XVIIII. 1, XXI. 7, XXII. 4, XXIII. 4.

2) hoc ex loco euidentissime, quam nudus sit orationis huius habitus, perspicitur. nullam praeterea in corpore orationum Demosthenicarum noui orationem, in qua pari modo leges, ex quibus actio intenta sit, statim post exordium proponantur.

3) scriptor orationis ipse narrationem et probationem artius cohaerere uoluit quam probationem et refutationem. id quod facile intellexeris, si paragraphum quartam *ἐκ πολλῶν ὑμῖν τοῦτ' ἐπιδείξω* cum paragrapho quinta et tricesima *ἐκ πολλῶν οἶμαι ἐπιδεδεῖχθαι τοῦτο ὑμῖν* contuleris. cf. Blassius pag. 514. not. 5 extr.

consuetudine testimoniis instructa est, ut probationes inartificialis contineat (4b — 21).

A) narrantur ea, quibus orator demonstraturus est commercium, quod actori cum Apaturio fuerit, solutum esse (4b — 12).

1) quam uitam actor egerit, ante quam Apaturium cognosset, exponitur (4b — 5):

a) septimum iam esse annum, ex quo nauigare desiterit (4b).

b) ante illum annum diutius eum apud Byzantios commoratum esse, ut familiarissime eis usus sit (5).

2) qui factum sit, ut actori cum Apaturio commercium fieret, narratur (6 — 8):

a) Apaturium ab eo petisse, ut XXX sibi minas mutuas daret (6),

b) actorem, cum ipse pecuniam non habuisset, Heraclidae argentario praedem factum esse illarum XXX minarum (7a),

c) actorem Apaturi in suspitionem perfidiae uocati nauem et seruos simulata emptione sibi uindicauisse, dum et XXX illae minae et X minae, quas a Parmenonte Apaturius mutuatus erat, redderentur. (7b. 8).

TESTIMONIA RECITANTVR.

3) quem ad modum commercium illud solutum sit narratur (9 — 12).

a) Apaturium, cum Heraclidae argentariam dissolutam esse conperisset, nauem et seruos oppigneratos subducendi conatum fecisse, in quo eum a Parmenonte prohibitum esse (9).

b) quam ob rem actorem nauem creditoribus Heraclidae tradidisse, seruos autem sibi uindicasse, si quid deesset (10).

c) eundem Apaturi conuitiis nihil motum nauem XXXX minis uendidisse, ut et Parmenonti et Heraclidae creditoribus satis factum sit (11. 12a).

d) commercium tum ex legibus syngrapha coram multis testibus deleta solutum esse
TESTIMONIIS conprobatur (12b).

3) narrantur ea, quibus orator probaturus est postea actori cum Apaturio commercium nullum fuisse (13 — 21).

1) qui factum sit, ut diaetetae eligerentur, qui litem inter Parmenontem et Apaturium ortam diudicarent (13 — 15).

a) Parmenontem Apaturio actionem iniuriarum intendisse ob uerbera, quibus, cum furtim aufugere eum prohiberet, percussus esset (13a).

b) ea in actione Apaturium ius iurandum a Parmenonte oblatum se iuraturum pecunia interposita pollicitum esse
TESTIMONIO probatur (13b).

c) Apaturium autem ueritum, ne si ius iurandum illud aduersario dedisset, periuri accusaretur, actione contra intenta effecisse, ut caussae ad diaetetas deferrentur (14).

d) syngrapha de diaeta constituenda statutum esse ut tres diaetetae una iudicarent. syngrapham ipsam primo apud Phocritum deinde apud Aristoclem, quorum uterque arbitri munere fungebatur, depositam esse (15).
TESTIMONIA RECITANTVR, quibus probatur et syngrapham apud Aristoclem depositam esse et tris diaetetas esse electos.

ΕΤΑΒΑΣΙΣ (TRANSITIO) continet oratoris preces[1]), ut iniuole iudices reliquam narrationem audiant (16a).

2) qui factum sit, ut diaeta solueretur (16b — 18).

a) Apaturium syngrapham per Aristoclem delendam curasse (16b).

b) eundem deinde negauisse sibi quemquam praeter Aristoclem arbitrum esse (17).

---

1) *δέησις* media in oratione usurpata non abhorret a consuedine oratorum cf. [XXXXIII.] 17. cl. LV. 10. *δῆλον δ' ὑμῖν καὶ ὑτ' αὐτίκα ἔσται πᾶσιν· ἀλλὰ προσέχετε ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι πρὸς ὃς καὶ θεῶν τὸν νοῦν.*

c) nec quicquam certi de numero arbitrorum demonstrari potuisse, cum Aristocles, id quod TESTIMONIIS probatur, syngrapham amissam esse asseuerauisset (18a).

d) auctorem consili illius Eryxiam medicum fuisse (18b).

3) nouam diaetam constitutam non esse (19).

a) Apaturium et Parmenontem nouam diaetam constituere uoluisse sed de numero arbitrorum inter eos nihil conuenisse (19a).

b) Parmenontem Aristocli plane interdixisse, ne solus sine collegis cognosceret, TESTIMONIO conprobatur (19b).

4) nihilo minus ab Aristocle solo, cum reliqui arbitri iudicio abstinuissent, Parmenontem damnatum esse et absentem quidem (20. 21).

IIII. *ΠΡΟΘΕΣΙΣ* altera. PROPOSITIO repetitur et accuratius definitur, ut orator contra Apaturium, qui pecuniam, ad quam dissoluendam Parmenon ab Aristocle condemnatus est, ab actore exigit, se conprobaturum polliceatur actorem Parmenontis praedem non esse (22).

V. *ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ* siue *ΠΙΣΤΕΙΣ* (CONFIRMATIO).

A) *ΠΙΣΤΙΣ ΑΤΕΧΝΟΣ* (PROBATIO INARTIFICIALIS) in hac oratione nulla est. quod Blassius [1]) l. cl. dicit oratorem probationem inartificialem se prolaturum esse promisisse nec tamen protulisse, ne hoc quidem recte se habet. etenim in hac oratione testimonia cum argumentis et signis confunduntur. uerba oratoris haec sunt (22): *ὥσπερ προσήκει τοιαύτην αἰτίαν ἀπολύσασθαι, πρῶτον ὑμῖν μάρτυρας παρασχήσομαι, ὡς οὐκ ἠγγυησάμην ἐγὼ τὸν Παρμένοντα ἀλλ' Ἄρχιππος*

1) pag. 512 not. 2: für die bürgschaft des Archippos verspricht er §22 den zeugenbeweis, doch findet sich derselbe nicht, et pag. 513: der unkünstliche beweis dafür [Archippum non actorem pro Parmenonte spopondisse] durch zeugen wird verheissen aber nicht gegeben; der sprecher geht rasch zu den künstlichen beweisen (*τεκμήρια*) über.

Μυρρινούσιος, ἔπειτα πειράσομαι καὶ ἐκ τεκμηρίων τὴν ἀπολογίαν ποιήσασθαι ὦ ἄνδρες δικασταί. πρῶτον μὲν ΟΥΝ τὸν χρόνον ἐμαυτῷ ἡγοῦμαι μάρτυρα εἶναι τοῦ μὴ ἀληθὲς τὸ ἔγκλημα εἶναι — (27) *λαβὲ δή μοι καὶ τὸν νόμον ὃς κελεύει τὰς ἐγγύας ἐπετείους εἶναι. καὶ οὐκ ἰσχυρίζομαι τῷ νόμῳ, ὡς οὐ δεῖ με δίκην δοῦναι, εἰ ἠγγυησάμην, ἀλλὰ μάρτυρά μοί φημι τὸν νόμον εἶναι τοῦ μὴ ἐγγυήσασθαι καὶ αὐτὸν τοῦτον.* ex quo sententiarum conexu satis superque elucere mihi uidetur oratorem ea testimonia, quae se prolaturum promisit, re uera protulisse. in ea autem re errat, quod ea argumenta, quae legum et testimoniorum fundamento nituntur, ipsis opponit argumentis et nomine *μαρτύρων* insignit. quamquam non tam errauisse uidetur quam consulto hac uerborum confusione usus esse, ut sophistarum ratione efficeret, ut ei qui orationem audirent sibi persuaderent re uera inartificiali probatione demonstratum esse, quod demonstratum non erat. hanc in sententiam ut disputem, ea potissimum re conmoueor, quod idem, qui antea *μάρτυρας* et *τεκμήρια* plane distinxit, postea hanc distinctionem ipse obscurat: nam cum paragrapho 27 *τὸν νόμον* sibi *μάρτυρα* esse dicat, paragrapho 28 his pergit: *γενέσθω τοίνυν ΚΑΙ τοῦτο ὑμῖν τεκμήριον*, quasi antea non testimonia sed argumenta protulerit. ac facillime fieri potuit, ut orator iudices oratione sua falleret. etenim etiam si non Demosthenis, tamen aliorum oratorum moris est, ut documenta muta *μάρτυρας* dicant. cf. [Dem.] XXXXVII. 24. *τούτων ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι τό τε ψήφισμα καὶ τὸν νόμον, ἔπειτα τὴν ἀρχὴν αὐτὴν τὴν παραδοῦσαν καὶ εἰσαγαγοῦσαν εἰς τὸ δικαστήριον*, Aeschin. III. 31. *μάρτυρας ἅμα τοὺς νόμους καὶ τὰ ψηφίσματα καὶ τοὺς ἀντιδίκους παρεχόμενος* maximeque Aeschin. II. 31. *καὶ πάντων ὧν εἴποιμι μάρτυρας τὰς ἐκείνων ἐπιστολὰς παρειχόμην καὶ τὰ ψηφίσματα τοῦ δήμου καὶ τὰς Καλλισθένους ἀνοχάς*, quo quidem loco oratoris audacia non lenitur syl-

syllepsi quam dicunt, sicuti in eis quae antecedunt exemplis [1]).

B) *ΠΙΣΤΕΙΣ ΕΝΤΕΧΝΟΙ* (PROBATIONES ARTIFICIALES) (23—34).

AA) *ΤΕΚΜΗΡΙΑ* (ARGVMENTA) (23—30).

AAA) argumenta, quae testimoniorum legumque fundamento nituntur (23—27).

1) temporis ratione probari actorem non esse praedem (23—26).

Apaturium pecuniam statim post iudicium exacturum fuisse, si ille praes esset: nam caussas mercatorias apud iudices celeriter agi (23).

sed

a) non statim post iudicium Apaturium pecuniam exegisse (24. 25 a), quamquam

α) nec ulla amicitiae ratione prohibitus esset: nam seuerissime antea ab ipso actorem XXXX minas exegisse (24),

β) et summa inopia pressus fuisset eo ipso tempore (25 a).

b) postero anno ab Apaturio non modo non accusatum esse actorem, sed ne priuatim quidem admonitum, ut pecuniam penderet (25 b).

ac tamen Athenis commoratum esse Apaturium, quo tempore lites mercatorias intendere licuisset,

TESTIMONIO probatur (26).

2) idem probari ea lege, quae annuas esse sponsiones iubeat. futurum fuisse ut Apaturius certe intra anni spatium actorem in ius uocaret, nisi alius quis praes fuisset (27).

BBB) argumenta mera coniectura effecta (28—30).

---

1) cf. XXXVI. 27. *καὶ ἅμα ἐπειδὴ ἀδύνατον ἔγνω ὂν τούς τε συμβάλλοντας καὶ τοὺς μάρτυρας ἀεὶ ζῆν, τὸν νόμον ἀντὶ τούτων ἔθηκεν, ὅπως μάρτυς εἴη τοῦ δικαίου τοῖς ἐρήμοις.*

1) actorem, si praes esset, Parmenontem Athenis abire passurum non fuisse (28),
2) praedem se esse non negaturum esse, sed ita se defensurum, ut arbitrium ratum esse negitaret (29).
3) amissam esse pactionem, ex qua pecunia exigatur, nec constare, quae in ea scripta fuerint (30).

BB) *ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ* (EXEMPLVM) (31—34).

1) Aristocli fidem habendam non esse, quia ex eadem pactione, quam deleuisset, sententiam edixerit, idque sine collegis, cum Parmenon unius se arbitri cognitione teneri negauisset (31).
2) quam ob caussam Parmenontem, si eius nunc caussa ageretur, absoluendum esse (32. 33a), praesertim cum familiae calamitate domum abductus esset (33b), quam quidem rem solam iustum aduersarium commoturam fuisse, ut arbitrium in illius reditum differret (34a).
3) quanto igitur magis actorem absoluendum esse, cui nullum sit cum Apaturio negotium (34b).

I. *ΜΕΤΑΒΑΣΙΣ* (TRANSITIO) a confirmatione ad refutationem aduersari (35ab).

contra leges ab Apaturio actorem accusatum esse demonstratum esse. sed Apaturium syngrapham sibi esse dicere non ausurum.

II. *ΤΑ ΠΡΟΣ ΑΝΤΙΔΙΚΟΝ* siue *ΛΥΣΙΣ* (REFVTATIO) (35c-38a).

1) si Apaturius actorem in pactione cum Parmenonte confecta praedem dictum esse dicat, proferendum esse istum libellum. ei enim, qui syngrapham delerit, fidem habendam non esse (35c. 36).
2) si Aristocles pro testimonio dicat actorem Par-

finito concessere, ut Byzantii liberi essent [1]), certe usque annum 351, quo anno Byzantii cum Philippo Macedon rege foedus fecerunt, commercium inter Athenienses Byzantios fuisse non est quod negemus. his igitur an actorem Byzanti uersatum existimo. atque ita fieri pot ut oratio anno 339 haberetur, id quod multo planius tabula hac intelleges:

a. 355—351 actor Byzanti uersatur.
a. 345 idem nauigare desistit.
a. 344—339 idem pecunias Athenis foeneratur.
a. 343 argentaria Heraclidae floret.
a. 341 aestate Apaturius Parmenon Phocritus Athe ueniunt.
prior contractus fit inter Apaturium actorem.
Heraclidae argentaria dissoluitur.
nauis Apaturi uenit. litigant inter Apaturius et Parmenon.
Parmenon domum abit.
initio hiemis Aristocles de Parmenontis cau cognoscit.
sub finem hiemis Apaturius actorem de sp sione non postulat.
a. 340 hieme Apaturius actorem non accusat.
a. 339 hiemis initio Apaturius actorem de sponsi postulat. actor excipit.

uerum hanc rationem non magis absolutam et per ctam esse quam Schaeferi infitiari non queo: tantum monstrare uolui, non recte Schaeferum ante tempora re Alexandri orationem habitam esse plane negauisse.

1) cf. Schaef. I. pag. 168 proxx.

Caput II.

De scriptore orationis aduersus Apaturium habitae.

Oratio aduersus Apaturium habita (*πρὸς Ἀπατούριον παραγραφή*) inter Demosthenis orationes XXXIII numeratur, ut orationum paragraphicarum quae dicuntur secunda sit. nec umquam uidetur antiquis temporibus dubitatum esse, quin Demosthenis existimanda esset. Harpocrationi certe, qui multarum orationum Demosthenicarum inscriptionibus illud *εἰ γνήσιος ὁ λόγος* adiecit, dubia non est uisa s. u. *Ὀφρύνιον* pag. 229 Dind. *Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Ἀπατούριον. πόλις ἐστὶ τῆς Τρῳάδος ὡς δηλοῖ Ἀνδροτίων ἐν γ' Ἀτθίδος.* item Iulius Pollux, cuius tamen iudicium minoris ducendum est, quoniam quidem non plus semel — III. 144 — Demosthenis orationem in suspitionem uocauit, ut Demosthenis illam orationem laudauit II. 28. *ἀποῤῥηθὲν δ' αὐτῷ Δημοσθένης εἶπε τὸ ἀπαγορευθέν* — cf. orationis §. 21. — et VIII. 64. *προσθετέον δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ τάδε· δίαιτα διαιτητής συνδιαιτητής, ὡς Δημοσθένης* — cf. orationis §§. 19. 20. 33. *ἄνευ τῶν συνδιαιτητῶν* — et fortasse etiam II. 129. *ἀπόφασις δ' ἐπὶ διαιτητοῦ ἦν καὶ γνῶσιν καλεῖ Δημοσθένης* — cf. orationis §. 22. *περὶ τὴν γνῶσιν τῆς διαίτης*, 23. *τῆς γνώσεως γενομένης*, 29. *μὴ γενομένης τῆς γνώσεως*, 30. *μελλούσης γνώσεως γενήσεσθαι*, 32. *ἰσχυριζόμενος τῇ Ἀριστοκλέους γνώσει* — quae tamen uerba etiam ad or. XXXVI. §§. 16 et 17 respicere possunt — *τὴν γνῶσιν τὴν γενομένην ἐν ἀκροπόλει, ἀκούετε τῆς γνώσεως* —[1]). recentiore autem memoria et Benseler in

1) ne quis decipiatur, Pollucis uerba VI. 153. = VIII. 30. *καὶ ὁ Δημοσθένης καταψευδομαρτυροῦμαι* sc. *λέγει* non ad XXXIII. 37. *καταψευδομαρτυρηθείς* referenda sunt, sed ad XXI. 136. *ἀλλ' οὗτοι δι' ἔχθραν καταψεύδονταί μου, καταψευδομαρτυροῦμαι*, ubi prorsus eadem forma est.

libro de hiatu apud oratores Atticos pag. 151 et Arnoldus Schaefer l. cl. orationem illam a Demosthene abiudicandam esse existimarunt, horumque uestigia nuperrime pressere Blassius in III de Atticorum eloquentia uolumine pag. 415 proxx., qui quidem paullo accuratius quam superiores de orationis genere disseruit, et Gustauus Gebauer in libro ‚de hypotacticis et paratacticis argumenti ex contrario formis' hoc anno Zwiccauiae euolgato, qui u. d., cum XXXIII orationem laudaret, Demosthenis nomen uncis inclusit. contra qui orationem illam Demostheni aperte uindicaret, nemo inuentus est praeter Ioannem Hermannum, qui in praefatiunculis ad Demosthenis orationes paragraphicas hoc saltem dixit: non esse quam ob rem oratio Demosthenis esse non posset. quae cum ita sint, dicet aliquis *ὦ βέλτιστε μὴ γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας.* non uereor equidem: nam Schaefer et maxime Blassius, quamquam in uniuersum recte iudicasse existimandi sunt, tamen, qui erant fines eorum libris praescripti, non tam demonstrauerunt quam indicauerunt orationem illam a Demosthene esse abiudicandam: mihi autem contigit, ut singula argumenta diligenter conquirerem et accurate exponerem, quam operam non prorsus inutilem fuisse persuasum habeo. uerum haec hactenus. ad ipsam iam rem accedamus. primum autem de dispositione tum de elocutione orationis illius disserendum erit.

DISPOSITIO ORATIONIS XXXIII.

I. *ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ* (EXORDIVM siue PRINCIPIVM) (1—3).
quibus ex legibus paragraphe intenta sit exponitur. explicatur autem,
1) quibus condicionibus mercatoriae lites instrui possint (1),
2) quibus condicionibus aduersus litem mercatoriam excipere liceat (2),
3) quibus ex legibus ipse actor paragraphen intenderit (3).

ut Aristoteles et Anaximenes[1]) praecipiunt, ut prooemio

1) cf. Spengeli rhett. Graecc. I. 150. 18, I. 214. 11 proxx. et Volkmanni librum de arte rhetorica Graecorum Romanorumque pag. 90.

non solum attentio (*πρόσεξις* siue *προσοχή*) et docilitas (*εὐμάθεια*) eorum qui audiant moueatur, sed etiam eorundem beniuolentia (*εὔνοια*) conparetur, sic orator, ut beniuolas sibi redderet iudicum auris, duas huic exordio sententias addidit: primum enim multos iam ante se eisdem de caussis excepisse monet, tum se demonstraturum promittit hominem quendam maliuolentissimum totius litis auctorem fuisse. quamquam *δέησις* insinuatio illa [1]), quam plerarumque Demosthenis orationum priuatarum exordia continent, hoc in prooemio ut in paucis aliis orationibus Demosthenicis desideratur.

LEGES RECITANTVR [2]).

II. *ΠΡΟΘΕΣΙΣ* siue *ΠΡΟΒΛΗΜΑ* (PROPOSITIO).

contra has leges Apaturium actionem intendisse se demonstraturum orator promittit (4 a).

III. [3]) *ΔΙΗΓΗΣΙΣ* (NARRATIO), quae ex oratorum Atticorum

---

1) uerba dico haec XXVII. 3. *δέομαι δ' ὑμῶν μετ' εὐνοίας τέ μου ἀκοῦσαι κἂν ἠδικῆσθαι δοκῶ, βοηθῆσαί μοι τὰ δίκαια* uel similia, qualia continent prooemia orationum Dem. XXXVII. 3, XXXVIII. 2, LIIII. 2, LV. 2, LVII. 1, et [Dem.] XXXIIII. 1, XXXV. 5, XXXX. 4, XXXXII. 4, XXXXIII. 2, XXXXIIII. 3, XXXXV. 1, XXXXVII. 3, XXXXVIII. 3, L. 2 & 3, LVI. 4, LVIII. 3. rarius haec insinuatio ad adtentionem efficiundam usurpata est: [Dem.] XXXII. 3 *δέομαι δ' ὑμῶν ἁπάντων εἴπερ ἄλλῳ τινὶ πώποτε τὸν νοῦν προσέσχετε, καὶ τούτῳ προσοσχεῖν*, LII. 2. adde huc Dem. XXXXI. 1. *ὅμως ὦ ἄνδρες δικασταὶ προσέχετε τὸν νοῦν.* prorsus ista insinuatione carent Dem. orr. XXX. XXXVI. XXXVIIII, et [Dem.] orr. XXV. XXVIIII. XXXXVIIII. LI. LIII. LVIIII. orationum denique XXVII. XXXI. [XXVI.] [XXXXVI.] ut deuterologiarum ratio haberi non potest. orationum uero iudicialium publicarum eandem formulam in prooemio exhibent XVIII. 6, XVIIII. 1, XXI. 7, XXII. 4, XXIII. 4.

2) hoc ex loco euidentissime, quam nudus sit orationis huius habitus, perspicitur. nullam praeterea in corpore orationum Demosthenicarum noui orationem, in qua pari modo leges, ex quibus actio intenta sit, statim post exordium proponantur.

3) scriptor orationis ipse narrationem et probationem artius cohaerere uoluit quam probationem et refutationem. id quod facile intellexeris, si paragraphum quartam *ἐκ πολλῶν ὑμῖν τοῦτ' ἐπιδείξω* cum paragrapho quinta et tricesima *ἐκ πολλῶν οἶμαι ἐπιδεδεῖχθαι τοῦτο ὑμῖν* contuleris. cf. Blassius pag. 514. not. 5 extr.

consuetudine testimoniis instructa est, ut probationes inartificialis continent (4b — 21).

A) narratur ea, quibus eratur demonstraturus est commercium, quod actori cum Apaturio fuerit, solutum esse (4b — 12).

1) quam uitam actor egerit, ante quam Apaturium cognouisset, exponitur (4b — 5):

a) septimum iam esse annum, ex quo nauigare desiterit (4b).

b) ante illum annum diutius cum apud Byzantios commoratum esse, ut familiarissime eis uti sit (5).

2) qui factum sit, ut actori cum Apaturio commercium fieret, narratur (6 — 8):

a) Apaturium ab eo petisse, ut XXX sibi minas mutuas daret (6),

b) actorem, cum ipse pecuniam non habuisset, Heraclidae argentario praedem factum esse illarum XXX minarum (7a),

c) actorem Apaturi in suspitionem perfidiae uocati nauem et seruos simulata emptione sibi uindicauisse, dum et XXX illae minae et X minae, quas a Parmenonte Apaturius mutuatus erat, redderentur. (7b. 8).

TESTIMONIA RECITANTVR.

3) quem ad modum commercium illud solutum sit narratur (9 — 12).

a) Apaturium, cum Heraclidae argentariam dissolutam esse conperisset, nauem et seruos oppignoratos subducendi conatum fecisse, in quo eum a Parmenonte prohibitum esse (9).

b) quam ob rem actorem nauem creditoribus Heraclidae tradidisse, seruos autem sibi uindicasse, si quid deesset (10).

c) eundem Apaturi conuitiis nihil motum nauem XXXX minis uendidisse, ut et Parmenonti et Heraclidae creditoribus satis factum sit (11. 12a).

d) commercium tum ex legibus syngrapha coram multis testibus deleta solutum esse
TESTIMONIIS conprobatur (12 b).

B) narrantur ea, quibus orator probaturus est postea actori cum Apaturio commercium nullum fuisse (13 — 21).

1) qui factum sit, ut diaetetae eligerentur, qui litem inter Parmenontem et Apaturium ortam diudicarent (13 — 15).

a) Parmenontem Apaturio actionem iniuriarum intendisse ob uerbera, quibus, cum furtim aufugere eum prohiberet, percussus esset (13 a).

b) ea in actione Apaturium ius iurandum a Parmenonte oblatum se iuraturum pecunia interposita pollicitum esse
TESTIMONIO probatur (13 b).

c) Apaturium autem ueritum, ne si ius iurandum illud aduersario dedisset, periuri accusaretur, actione contra intenta effecisse, ut caussae ad diaetetas deferrentur (14).

d) syngrapha de diaeta constituenda statutum esse ut tres diaetetae una iudicarent. syngrapham ipsam primo apud Phocritum deinde apud Aristoclem, quorum uterque arbitri munere fungebatur, depositam esse (15).
TESTIMONIA RECITANTVR, quibus probatur et syngrapham apud Aristoclem depositam esse et tris diaetetas esse electos.

METABAΣIΣ (TRANSITIO) continet oratoris preces[1]), ut beniuole iudices reliquam narrationem audiant (16 a).

2) qui factum sit, ut diaeta solueretur (16 b — 18).

a) Apaturium syngrapham per Aristoclem delendam curasse (16 b).

b) eundem deinde negauisse sibi quemquam praeter Aristoclem arbitrum esse (17).

---

1) *δέησις* media in oratione usurpata non abhorret a consuetudine oratorum cf. [XXXIII.] 17. cl. LV. 10. *δῆλον δ' ὑμῖν καὶ τοῦτ' αὐτίκα ἔσται πᾶσιν· ἀλλὰ προσέχετε ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι πρὸς Διὸς καὶ θεῶν τὸν νοῦν.*

c) nec quicquam certi de numero arbitrorum demonstrari potuisse, cum Aristocles, id quod TESTIMONIIS probatur, syngraphum amissam esse asseuerauisset (18a).

d) auctorem consili illius Eryxiam medicum fuisse (18b).

3) nouam diaetam constitutam non esse (19).

a) Apaturium et Parmenontem nouam diaetam constituere uoluisse sed de numero arbitrorum inter eos nihil conuenisse (19a).

b) Parmenontem Aristocli plane interdixisse, ne solus sine collegis cognosceret, TESTIMONIO conprobatur (19b).

4) nihilo minus ab Aristocle solo, cum reliqui arbitri iudicio abstinuissent, Parmenontem damnatum esse et absentem quidem (20. 21).

IIII. *ΠΡΟΘΕΣΙΣ* altera. PROPOSITIO repetitur et accuratius definitur, ut orator contra Apaturium, qui pecuniam, ad quam dissoluendam Parmenon ab Aristocle condemnatus est, ab actore exigit, se conprobaturum polliceatur actorem Parmenontis praedem non esse (22).

V. *ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ* siue *ΠΙΣΤΕΙΣ* (CONFIRMATIO).

A) *ΠΙΣΤΙΣ ΑΤΕΧΝΟΣ* (PROBATIO INARTIFICIALIS) in hac oratione nulla est. quod Blassius [1]) l. cl. dicit oratorem probationem inartificialem se prolaturum esse promisisse nec tamen protulisse, ne hoc quidem recte se habet. etenim in hac oratione testimonia cum argumentis et signis confunduntur. uerba oratoris haec sunt (22): *ὥσπερ προσήκει τοιαύτην αἰτίαν ἀπολύσασθαι, πρῶτον ὑμῖν μάρτυρας παρασχήσομαι, ὡς οὐκ ἠγγυησάμην ἐγὼ τὸν Παρμένοντα ἀλλ' Ἀρχιππος*

1) pag. 512 not. 2: für die bürgschaft des Archippos verspricht er § 22 den zeugenbeweis, doch findet sich derselbe nicht, et pag 513: der unkünstliche beweis dafür [Archippum non actorem pro Parmenonte spopondisse] durch zeugen wird verheissen aber nicht gegeben; der sprecher geht rasch zu den künstlichen beweisen (*τεκμήρια*) über.

Μυῤῥινούσιος, ἔπειτα πειράσομαι καὶ ἐκ τεκμηρίων τὴν ἀπολογίαν ποιήσασθαι ὧ ἄνδρες δικασταί. πρῶτον μὲν OYN τὸν χρόνον ἐμαυτῷ ἡγοῦμαι μάρτυρα εἶναι τοῦ μὴ ἀληθὲς τὸ ἔγκλημα εἶναι — (27) *λαβὲ δή μοι καὶ τὸν νόμον ὃς κελεύει τὰς ἐγγύας ἐπετείους εἶναι. καὶ οὐκ ἰσχυρίζομαι τῷ νόμῳ, ὡς οὐ δεῖ με δίκην δοῦναι, εἰ ἠγγυησάμην, ἀλλὰ μάρτυρά μοί φημι τὸν νόμον εἶναι τοῦ μὴ ἐγγυήσασθαι καὶ αὐτὸν τοῦτον.* ex quo sententiarum conexu satis superque elucere mihi uidetur oratorem ea testimonia, quae se prolaturum promisit, re uera protulisse. in ea autem re errat, quod ea argumenta, quae legum et testimoniorum fundamento nituntur, ipsis opponit argumentis et nomine *μαρτύρων* insignit. quamquam non tam errauisse uidetur quam consulto hac uerborum confusione usus esse, ut sophistarum ratione efficeret, ut ei qui orationem audirent sibi persuaderent re uera inartificiali probatione demonstratum esse, quod demonstratum non erat. hanc in sententiam ut disputem, ea potissimum re conmoueor, quod idem, qui antea *μάρτυρας* et *τεκμήρια* plane distinxit, postea hanc distinctionem ipse obscurat: nam cum paragrapho 27 *τὸν νόμον* sibi *μάρτυρα* esse dicat, paragrapho 28 his pergit: *γενέσθω τοίνυν ΚΑΙ τοῦτο ὑμῖν τεκμήριον*, quasi antea non testimonia sed argumenta protulerit. ac facillime fieri potuit, ut orator iudices oratione sua falleret. etenim etiam si non Demosthenis, tamen aliorum oratorum moris est, ut documenta muta *μάρτυρας* dicant. cf. [Dem.] XXXXVII. 24. *τούτων ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι τό τε ψήφισμα καὶ τὸν νόμον, ἔπειτα τὴν ἀρχὴν αὐτὴν τὴν παραδοῦσαν καὶ εἰσαγαγοῦσαν εἰς τὸ δικαστήριον*, Aeschin. III. 31. *μάρτυρας ἅμα τοὺς νόμους καὶ τὰ ψηφίσματα καὶ τοὺς ἀντιδίκους παρεχόμενος* maximeque Aeschin. II. 31. *καὶ πάντων ὧν εἴποιμι μάρτυρας τὰς ἐκείνων ἐπιστολὰς παρειχόμην καὶ τὰ ψηφίσματα τοῦ δήμου καὶ τὰς Καλλισθένους ἀνοχάς*, quo quidem loco oratoris audacia non lenitur syl-

syllepsi quam dicunt, sicuti in eis quae antecedun exemplis [1]).

B) ΠΙΣΤΕΙΣ ΕΝΤΕΧΝΟΙ (PROBATIONES ARTIFICIALES (23—34).

AA) ΤΕΚΜΗΡΙΑ (ARGVMENTA) (23—30).

AAA) argumenta, quae testimoniorum legumqu fundamento nituntur (23—27).

1) temporis ratione probari actorem non ess praedem (23—26).

Apaturium pecuniam statim post iudiciu exacturum fuisse, si ille praes esset: nam caussas mercatorias apud iudices celerite agi (23).

sed

a) non statim post iudicium Apaturiu pecuniam exegisse (24. 25a), quamquam

α) nec ulla amicitiae ratione prohibitu esset: nam seuerissime antea ab ips actorem XXXX minas exegisse (24)

β) et summa inopia pressus fuisset e ipso tempore (25a).

b) postero anno ab Apaturio non mod non accusatum esse actorem, sed n priuatim quidem admonitum, ut pecunia penderet (25b).

ac tamen Athenis commoratum ess Apaturium, quo tempore lites mercatoria intendere licuisset,

TESTIMONIO probatur (26).

2) idem probari ea lege, quae annuas ess sponsiones iubeat. futurum fuisse ut Apa turius certe intra anni spatium actorem i ius uocaret, nisi alius quis praes fuisset (27)

BBB) argumenta mera coniectura effecta (28—30)

---

1) cf. XXXVI. 27. καὶ ἅμα ἐπειδὴ ἀδύνατον ἔγνω ὃν τούς τ συμβάλλοντας καὶ τοὺς μάρτυρας ἀεὶ ζῆν, τὸν νόμον ἀντὶ τούτω ἔθηκεν, ὅπως μάρτυς εἴη τοῦ δικαίου τοῖς ἐρήμοις.

1) actorem, si praes esset,
Parmenontem Athenis abire passurum non fuisse (28),
2) praedem se esse non negaturum esse, sed ita se defensurum, ut arbitrium ratum esse negitaret (29).
3) amissam esse pactionem, ex qua pecunia exigatur, nec constare, quae in ea scripta fuerint (30).

BB) *ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ* (EXEMPLVM) (31—34).

1) Aristocli fidem habendam non esse, quia ex eadem pactione, quam deleuisset, sententiam edixerit, idque sine collegis, cum Parmenon unius se arbitri cognitione teneri negauisset (31).
2) quam ob caussam Parmenontem, si eius nunc caussa ageretur, absoluendum esse (32. 33a), praesertim cum familiae calamitate domum abductus esset (33b), quam quidem rem solam iustum aduersarium commoturam fuisse, ut arbitrium in illius reditum differret (34a).
3) quanto igitur magis actorem absoluendum esse, cui nullum sit cum Apaturio negotium (34b).

VI. *ΜΕΤΑΒΑΣΙΣ* (TRANSITIO) a confirmatione ad refutationem aduersari (35ab).

contra leges ab Apaturio actorem accusatum esse demonstratum esse. sed Apaturium syngrapham sibi esse dicere non ausurum.

VII. *ΤΑ ΠΡΟΣ ΑΝΤΙΔΙΚΟΝ* siue *ΛΥΣΙΣ* (REFVTATIO) (35c—38a).

1) si Apaturius actorem in pactione cum Parmenonte confecta praedem dictum esse dicat, proferendum esse istum libellum. ei enim, qui syngrapham delerit, fidem habendam non esse (35c. 36).
2) si Aristocles pro testimonio dicat actorem Par-

menontis praedem esse, actorem circumueniri: nam

a) amissa pactione actorem non habere, quo Aristoclem mentitum esse couuincat (37),

b) iudicibus quaerendum esse, cur Apaturius, tantum absit, ut Aristoclem in ius uocet, quod syngrapham illam deleuerit, ut eodem teste utatur (38 a).

VIII. *ΕΠΙΛΟΓΟΣ* (PERORATIO) (38 b). orator

a) dicit omnia prolata esse, quae iusta sint,

b) iudices cohortatur, ut ex legibus cognoscant

Hac ex tabula satis superque intellegitur in uniuersum recte iudicauisse Blassium pag. 514, cum diceret concinnam esse orationis dispositionem ac rerum collocationem tam rectam esse, ut omnes sententiae inter se conexae et aptae essent. uerum enim uero omnibus numeris absolutam esse dispositionem equidem negauerim.

ac primum quidem in exordio male me habent uerba paragraphi tertiae haece: *ὁ μὲν οὖν μετὰ τούτου μοι ἐπιβεβουλευκὼς καὶ τὸν ἀγῶνα τουτονὶ κατεσκευακὼς προϊόντος τοῦ λόγου καταφανὴς ὑμῖν ἔσται.* hoc enuntiatum diu multumque consideranti mihi in decursum orationis quadrare non est uisum: nam concinnum sententiarum ordinem interrumpit. postea enim quam orator, quibus condicionibus exceptio concessa esset, demonstrauit, ita pergendum erat, ut sese eodem iure exceptionem fecisse diceret: *ἐγκαλοῦντος οὖν μοι Ἀπατουρίου κτλ.* enuntiatum uero *ὁ μὲν . . . ἔσται* sic positum eo magis uituperandum est, quod ne probatur quidem Eryxiam totius litis auctorem esse — cf. 18. *ὁ ταῦτα κατασκευάζων κτέ.*, ubi nec testimonio nec argumento ullo ueram esse actoris incusationem demonstratur —. bonus quidem orator istam sententiam, si in prooemium eam recipere uoluit, uerbis *ἐγκαλοῦντος κτέ.* aut coniungere aut uero, id quod mihi melius uidetur, subiungere debuit.

uehementius autem reprehendenda mihi uidetur nar-

ratio. ‚tris res' ut ait Cornificius [1]) rhet. ad Herenn. I. 9. 14. ‚conuenit habere narrationem, ut breuis ut dilucida ut ueri similis sit.' probabilem quidem et perspicuam esse narrationem orationis XXXIII negari non potest, sed breuitatem equidem nullam uideo. etenim quae iam inde a paragrapho quarta usque ad paragraphum duodecimam narrantur, ut priorem contractum solutum esse demonstretur, multo paucioribus uerbis absolui poterant. nam id unum interest scire iudices, exstet contractus necne: quibus autem exponitur, qua ratione pactio illa confecta sit, ea si non prorsus otiosa, tamen multo longiora sunt [2]).

nec argumentatio nullam uituperandi ansam praebet. non premo, quod testimonio probatam esse rem dicit, cuius rei testis non productus est — cf. §. 30. *ἀλλὰ μὴν τοῦτο μεμαρτύρηται ὑμῖν, ὅτι . . . . ἐζήτουν ἑτέρας [συνθήκας] γράφεσθαι κτλ.* cl. §. 19, ubi nullum exstat testimonium — nam hoc arte procreatum alicui uideatur: sed non iniuria reprehendendus uidetur in eo, quod §. 30. firmius argumentum (*πῶς ὀρθῶς ἂν ἐμοὶ δικάζοιτο, καθ' οὗ μὴ ἔχει παρασχέσθαι συνθήκας*) post infirmius (*πολὺ γὰρ ὁ λόγος ἦν μοι ἰσχυρότερος ὁμολογοῦντι τὴν ἐγγύην ἐπὶ τὰς συνθήκας ἰέναι*) collocauit, ut paene lateret [3]).

epilogum denique, quamuis breuitate sua notabilis sit [4]), tamen equidem non reprehenderim: nam optime actoris rationi et moribus conuenit, qui quidem bona caussa fretus iudicum beniuolentiam captare non uolt.

Haec de dispositione disseruisse satis habeo. uenio nunc ad elocutionem, ex qua facillime intellegemus orationem hanc a Demosthene conpositam esse non posse. ac primum quidem

---

1) cf. Volkmannus pag. 113 proxx.

2) cf. Cornific. rhet. ad Herenn. I. 9. 14: rem breuiter narrare poterimus, si inde incipiemus narrare, unde necesse erit, et si non ab ultimo initio repetere uolumus.

3) cf. Cic. de or. II. 77. 313: etiam in illo reprehendo eos, qui, quae minime firma sunt, ea prima collocant.

4) cf. Volkmann. pag. 214.

libro de hiatu apud oratores Atticos pag. 151 et Arnoldus Schaefer l. cl. orationem illam a Demosthene abiudicandam esse existimarunt, horumque uestigia nuperrime pressere Blassius in III de Atticorum eloquentia uolumine pag. 415 proxx., qui quidem paullo accuratius quam superiores de orationis genere disseruit, et Gustauus Gebauer in libro ‚de hypotacticis et paratacticis argumenti ex contrario formis' hoc anno Zwiccauiae euolgato, qui u. d., cum XXXIII. orationem laudaret, Demosthenis nomen uncis inclusit, contra qui orationem illam Demostheni aperte uindicaret, nemo inuentus est praeter Ioannem Hermannum, qui in praefatiunculis ad Demosthenis orationes paragraphicas hoc saltem dixit: non esse quam ob rem oratio Demosthenis esse non posset. quae cum ita sint, dicet aliquis *ὦ βέλτιστε μὴ γλαῦχ' εἰς Ἀθήνας.* non uereor equidem nam Schaefer et maxime Blassius, quamquam in uniuersum recte iudicasse existimandi sunt, tamen, qui erant fines eorum libris praescripti, non tam demonstrauerunt quam indicauerunt orationem illam a Demosthene esse abiudicandam: mihi autem contigit, ut singula argumenta diligenter conquirerem et accurate exponerem, quam operam non prorsus inutilem fuisse persuasum habeo. uerum haec hactenus. ad ipsam iam rem accedamus. primum autem de dispositione tum de elocutione orationis illius disserendum erit.

DISPOSITIO ORATIONIS XXXIII.

I. *ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ* (EXORDIVM siue PRINCIPIVM) (1—3).
quibus ex legibus paragraphe intenta sit exponitur. explicatur autem,
1) quibus condicionibus mercatoriae lites instrui possint (1),
2) quibus condicionibus aduersus litem mercatoriam excipere liceat (2),
3) quibus ex legibus ipse actor paragraphen intenderit (3) —

ut Aristoteles et Anaximenes[1]) praecipiunt, ut prooemio

1) cf. Spengeli rhett. Graecc. I. 150. 18, I. 214. 11 proxx. et Volkmanni librum de arte rhetorica Graecorum Romanorumque pag. 90.

non solum attentio (*πρόσεξις* siue *προσοχή*) et docilitas (*εὐμάθεια*) eorum qui audiant moueatur, sed etiam eorundem beniuolentia (*εὔνοια*) conparetur, sic orator, ut beniuolas sibi redderet iudicum auris, duas huic exordio sententias addidit: primum enim multos iam ante se eisdem de causis excepisse monet, tum se demonstraturum promittit hominem quendam maliuolentissimum totius litis auctorem fuisse. quamquam *δέησις* insinuatio illa [1]), quam plerarumque Demosthenis orationum priuatarum exordia continent, hoc in prooemio ut in paucis aliis orationibus Demosthenicis desideratur.

LEGES RECITANTVR [2]).

II. *ΠΡΟΘΕΣΙΣ* siue *ΠΡΟΒΛΗΜΑ* (PROPOSITIO).

contra has leges Apaturium actionem intendisse se demonstraturum orator promittit (4 a).

III. [3]) *ΔΙΗΓΗΣΙΣ* (NARRATIO), quae ex oratorum Atticorum

---

1) uerba dico haec XXVII. 3. *δέομαι δ' ὑμῶν μετ' εὐνοίας τέ μου ἀκοῦσαι κἂν ἠδικῆσθαι δοκῶ, βοηθῆσαί μοι τὰ δίκαια* uel similia, qualia continent prooemia orationum Dem. XXXVII. 3, XXXVIII. 2, LIIII. 2, LV. 2, LVII. 1, et [Dem.] XXXIIII. 1, XXXV. 5, XXXX. 4, XXXXII. 4, XXXXIII. 2, XXXXIIII. 3, XXXXV. 1, XXXXVII. 3, XXXXVIII. 3, L. 2 & 3, LVI. 4, LVIII. 3. rarius haec insinuatio ad adtentionem efficiundam usurpata est: [Dem.] XXXII. 3 *δέομαι δ' ὑμῶν ἁπάντων εἴπερ ἄλλῳ τινὶ πώποτε τὸν νοῦν προσέσχετε, καὶ τούτῳ προσσχεῖν*, LII. 2. adde huc Dem. XXXXI. 1. *ὅμως ὦ ἄνδρες δικασταὶ προσέχετε τὸν νοῦν.* prorsus ista insinuatione carent Dem. orr. XXX. XXXVI. XXXVIIII, et [Dem.] orr. XXV. XXVIII. XXXXVIIII. LI. LIII. LVIIII. orationum denique XXVII. XXXI. [XXVI.] [XXXXVI.] ut deuterologiarum ratio haberi non potest. orationum uero iudicialium publicarum eandem formulam in prooemio exhibent XVIII. 6, XVIIII. 1, XXI. 7, XXII. 4, XXIII. 4.

2) hoc ex loco euidentissime, quam nudus sit orationis huius habitus, perspicitur. nullam praeterea in corpore orationum Demosthenicarum noui orationem, in qua pari modo leges, ex quibus actio intenta sit, statim post exordium proponantur.

3) scriptor orationis ipse narrationem et probationem artius cohaerere uoluit quam probationem et refutationem. id quod facile intellexeris, si paragraphum quartam *ἐκ πολλῶν ὑμῖν τοῦτ' ἐπιδείξω* cum paragrapho quinta et tricesima *ἐκ πολλῶν οἶμαι ἐπιδεδεῖχθαι τοῦτο ὑμῖν* contuleris. cf. Blassius pag. 514. not. 5 extr.

consuetudine testimoniis instructa est, ut probationes inartificialis contineat (4b — 21).

A) narrantur ea, quibus orator demonstraturus est commercium, quod actori cum Apaturio fuerit, solutum esse (4b — 12).

1) quam uitam actor egerit, ante quam Apaturium cognosset, exponitur (4b — 5):

a) septimum iam esse annum, ex quo nauigare desiterit (4b).

b) ante illum annum diutius eum apud Byzantios commoratum esse, ut familiarissime eis usus sit (5).

2) qui factum sit, ut actori cum Apaturio commercium fieret, narratur (6 — 8):

a) Apaturium ab eo petisse, ut XXX sibi minas mutuas daret (6),

b) actorem, cum ipse pecuniam non habuisset, Heraclidae argentario praedem factum esse illarum XXX minarum (7a),

c) actorem Apaturi in suspitionem perfidiae uocati nauem et seruos simulata emptione sibi uindicauisse, dum et XXX illae minae et X minae, quas a Parmenonte Apaturius mutuatus erat, redderentur. (7b. 8).

TESTIMONIA RECITANTVR.

3) quem ad modum commercium illud solutum sit narratur (9 — 12).

a) Apaturium, cum Heraclidae argentariam dissolutam esse conperisset, nauem et seruos oppigneratos subducendi conatum fecisse, in quo eum a Parmenonte prohibitum esse (9).

b) quam ob rem actorem nauem creditoribus Heraclidae tradidisse, seruos autem sibi uindicasse, si quid deesset (10).

c) eundem Apaturi conuitiis nihil motum nauem XXXX minis uendidisse, ut et Parmenonti et Heraclidae creditoribus satis factum sit (11. 12a).

d) commercium tum ex legibus syngrapha coram multis testibus deleta solutum esse
TESTIMONIIS conprobatur (12b).

B) narrantur ea, quibus orator probaturus est postea actori cum Apaturio commercium nullum fuisse (13 — 21).

1) qui factum sit, ut diaetetae eligerentur, qui litem inter Parmenontem et Apaturium ortam diudicarent (13 — 15).

a) Parmenontem Apaturio actionem iniuriarum intendisse ob uerbera, quibus, cum furtim aufugere eum prohiberet, percussus esset (13a).

b) ea in actione Apaturium ius iurandum a Parmenonte oblatum se iuraturum pecunia interposita pollicitum esse
TESTIMONIO probatur (13b).

c) Apaturium autem ueritum, ne si ius iurandum illud aduersario dedisset, periuri accusaretur, actione contra intenta effecisse, ut caussae ad diaetetas deferrentur (14).

d) syngrapha de diaeta constituenda statutum esse ut tres diaetetae una iudicarent. syngrapham ipsam primo apud Phocritum deinde apud Aristoclem, quorum uterque arbitri munere fungebatur, depositam esse (15).
TESTIMONIA RECITANTVR, quibus probatur et syngrapham apud Aristoclem depositam esse et tris diaetetas esse electos.

METABAΣIΣ (TRANSITIO) continet oratoris preces[1]), ut beniuole iudices reliquam narrationem audiant (16a).

2) qui factum sit, ut diaeta solueretur (16b — 18).

a) Apaturium syngrapham per Aristoclem delendam curasse (16b).

b) eundem deinde negauisse sibi quemquam praeter Aristoclem arbitrum esse (17).

---

1) *δέησις* media in oratione usurpata non abhorret a consuetudine oratorum cf. [XXXXIII.] 17. cl. LV. 10. *δῆλον δ' ὑμῖν καὶ τοῦτ' αὐτίκα ἔσται πᾶσιν· ἀλλὰ προσέχετε ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι πρὸς Διὸς καὶ θεῶν τὸν νοῦν.*

c) nec quicquam certi de numero arbitrorum demonstrari potuisse, cum Aristocles, id quod TESTIMONIIS probatur, syngrapham amissam esse asseuerauisset (18a).

d) auctorem consili illius Eryxiam medicum fuisse (18b).

3) nouam diaetam constitutam non esse (19).

a) Apaturium et Parmenontem nouam diaetam constituere uoluisse sed de numero arbitrorum inter eos nihil conuenisse (19a).

b) Parmenontem Aristocli plane interdixisse, ne solus sine collegis cognosceret, TESTIMONIO conprobatur (19b).

4) nihilo minus ab Aristocle solo, cum reliqui arbitri iudicio abstinuissent, Parmenontem damnatum esse et absentem quidem (20. 21).

IIII. *ΠΡΟΘΕΣΙΣ* altera. PROPOSITIO repetitur et accuratius definitur, ut orator contra Apaturium, qui pecuniam, ad quam dissoluendam Parmenon ab Aristocle condemnatus est, ab actore exigit, se conprobaturum polliceatur actorem Parmenontis praedem non esse (22).

V. *ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ* siue *ΠΙΣΤΕΙΣ* (CONFIRMATIO).

A) *ΠΙΣΤΙΣ ΑΤΕΧΝΟΣ* (PROBATIO INARTIFICIALIS) in hac oratione nulla est. quod Blassius [1]) l. cl. dicit oratorem probationem inartificialem se prolaturum esse promisisse nec tamen protulisse, ne hoc quidem recte se habet. etenim in hac oratione testimonia cum argumentis et signis confunduntur. uerba oratoris haec sunt (22): *ὥσπερ προσήκει τοιαύτην αἰτίαν ἀπολύσασθαι, πρῶτον ὑμῖν μάρτυρας παρασχήσομαι, ὡς οὐκ ἠγγυησάμην ἐγὼ τὸν Παρμένοντα ἀλλ' Ἄρχιππος*

1) pag. 512 not. 2: für die bürgschaft des Archippos verspricht er § 22 den zeugenbeweis, doch findet sich derselbe nicht, et pag. 513: der unkünstliche beweis dafür [Archippum non actorem pro Parmenonte spopondisse] durch zeugen wird verheissen aber nicht gegeben; der sprecher geht rasch zu den künstlichen beweisen (*τεκμήρια*) über.

Μυῤῥινούσιος, ἔπειτα πειράσομαι καὶ ἐκ τεκμηρίων τὴν ἀπολογίαν ποιήσασθαι ὦ ἄνδρες δικασταί. πρῶτον μὲν ΟΥΝ τὸν χρόνον ἐμαυτῷ ἡγοῦμαι μάρτυρα εἶναι τοῦ μὴ ἀληθὲς τὸ ἔγκλημα εἶναι — (27) *λαβὲ δή μοι καὶ τὸν νόμον ὃς κελεύει τὰς ἐγγύας ἐπετείους εἶναι. καὶ οὐκ ἰσχυρίζομαι τῷ νόμῳ, ὡς οὐ δεῖ με δίκην δοῦναι, εἰ ἠγγυησάμην, ἀλλὰ μάρτυρά μοί φημι τὸν νόμον εἶναι τοῦ μὴ ἐγγυήσασθαι καὶ αὐτὸν τοῦτον.* ex quo sententiarum conexu satis superque elucere mihi uidetur oratorem ea testimonia, quae se prolaturum promisit, re uera protulisse. in ea autem re errat, quod ea argumenta, quae legum et testimoniorum fundamento nituntur, ipsis opponit argumentis et nomine *μαρτύρων* insignit. quamquam non tam errauisse uidetur quam consulto hac uerborum confusione usus esse, ut sophistarum ratione efficeret, ut ei qui orationem audirent sibi persuaderent re uera inartificiali probatione demonstratum esse, quod demonstratum non erat. hanc in sententiam ut disputem, ea potissimum re conmoueor, quod idem, qui antea *μάρτυρας* et *τεκμήρια* plane distinxit, postea hanc distinctionem ipse obscurat: nam cum paragrapho 27 *τὸν νόμον* sibi *μάρτυρα* esse dicat, paragrapho 28 his pergit: *γενέσθω τοίνυν ΚΑΙ τοῦτο ὑμῖν τεκμήριον*, quasi antea non testimonia sed argumenta protulerit. ac facillime fieri potuit, ut orator iudices oratione sua falleret. etenim etiam si non Demosthenis, tamen aliorum oratorum moris est, ut documenta muta *μάρτυρας* dicant. cf. [Dem.] XXXXVII. 24. *τούτων ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι τό τε ψήφισμα καὶ τὸν νόμον, ἔπειτα τὴν ἀρχὴν αὐτὴν τὴν παραδοῦσαν καὶ εἰσαγαγοῦσαν εἰς τὸ δικαστήριον*, Aeschin. III. 31. *μάρτυρας ἅμα τοὺς νόμους καὶ τὰ ψηφίσματα καὶ τοὺς ἀντιδίκους παρεχόμενος* maximeque Aeschin. II. 31. *καὶ πάντων ὧν εἴποιμι μάρτυρας τὰς ἐκείνων ἐπιστολὰς παρειχόμην καὶ τὰ ψηφίσματα τοῦ δήμου καὶ τὰς Καλλισθένους ἀνοχάς*, quo quidem loco oratoris audacia non lenitur syl-

syllepsi quam dicunt, sicuti in eis quae antecedunt exemplis [1]).

B) *ΠΙΣΤΕΙΣ ΕΝΤΕΧΝΟΙ* (PROBATIONES ARTIFICIALES) (23—34).

AA) *ΤΕΚΜΗΡΙΑ* (ARGVMENTA) (23—30).

AAA) argumenta, quae testimoniorum legumque fundamento nituntur (23—27).

1) temporis ratione probari actorem non esse praedem (23—26).

Apaturium pecuniam statim post iudicium exacturum fuisse, si ille praes esset: nam caussas mercatorias apud iudices celeriter agi (23).

sed

a) non statim post iudicium Apaturium pecuniam exegisse (24. 25a), quamquam

α) nec ulla amicitiae ratione prohibitus esset: nam seuerissime antea ab ipso actorem XXXX minas exegisse (24),

β) et summa inopia pressus fuisset eo ipso tempore (25a).

b) postero anno ab Apaturio non modo non accusatum esse actorem, sed ne priuatim quidem admonitum, ut pecuniam penderet (25b).

ac tamen Athenis commoratum esse Apaturium, quo tempore lites mercatorias intendere licuisset,

TESTIMONIO probatur (26).

2) idem probari ea lege, quae annuas esse sponsiones iubeat. futurum fuisse ut Apaturius certe intra anni spatium actorem in ius uocaret, nisi alius quis praes fuisset (27).

BBB) argumenta mera coniectura effecta (28—30).

---

1) cf. XXXVI. 27. *καὶ ἅμα ἐπειδὴ ἀδύνατον ἔγνω ὃν τούς τε συμβάλλοντας καὶ τοὺς μάρτυρας ἀεὶ ζῆν, τὸν νόμον ἀντὶ τούτων ἔθηκεν, ὅπως μάρτυς εἴη τοῦ δικαίου τοῖς ἐρήμοις.*

1) actorem, si praes esset, Parmenontem Athenis abire passurum non fuisse (28),
2) praedem se esse non negaturum esse, sed ita se defensurum, ut arbitrium ratum esse negitaret (29).
3) amissam esse pactionem, ex qua pecunia exigatur, nec constare, quae in ea scripta fuerint (30).

BB) *ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ* (EXEMPLVM) (31—34).

1) Aristocli fidem habendam non esse, quia ex eadem pactione, quam deleuisset, sententiam edixerit, idque sine collegis, cum Parmenon unius se arbitri cognitione teneri negauisset (31).
2) quam ob caussam Parmenontem, si eius nunc caussa ageretur, absoluendum esse (32. 33a), praesertim cum familiae calamitate domum abductus esset (33b), quam quidem rem solam iustum aduersarium commoturam fuisse, ut arbitrium in illius reditum differret (34a).
3) quanto igitur magis actorem absoluendum esse, cui nullum sit cum Apaturio negotium (34b).

I. *ΜΕΤΑΒΑΣΙΣ* (TRANSITIO) a confirmatione ad refutationem aduersari (35ab).

contra leges ab Apaturio actorem accusatum esse demonstratum esse. sed Apaturium syngrapham sibi esse dicere non ausurum.

III. *ΤΑ ΠΡΟΣ ΑΝΤΙΔΙΚΟΝ* siue *ΛΥΣΙΣ* (REFVTATIO) (35c—38a).

1) si Apaturius actorem in pactione cum Parmenonte confecta praedem dictum esse dicat, proferendum esse istum libellum. ei enim, qui syngrapham delerit, fidem habendam non esse (35c. 36).
2) si Aristocles pro testimonio dicat actorem Par-

menontis praedem esse, actorem circumueniri: nam

a) amissa pactione actorem non habere, quo Aristoclem mentitum esse couuincat (37),

b) iudicibus quaerendum esse, cur Apaturius, tantum absit, ut Aristoclem in ius uocet, quod syngrapham illam deleuerit, ut eodem teste utatur (38 a).

VIII. *ΕΠΙΛΟΓΟΣ* (PERORATIO) (38 b). orator

a) dicit omnia prolata esse, quae iusta sint,

b) iudices cohortatur, ut ex legibus cognoscant

Hac ex tabula satis superque intellegitur in uniuersum recte iudicauisse Blassium pag. 514, cum diceret concinnam esse orationis dispositionem ac rerum collocationem tam rectam esse, ut omnes sententiae inter se conexae et aptae essent. uerum enim uero omnibus numeris absolutam esse dispositionem equidem negauerim.

ac primum quidem in exordio male me habent uerba paragraphi tertiae haece: *ὁ μὲν οὖν μετὰ τούτου μοι ἐπιβεβουλευκὼς καὶ τὸν ἀγῶνα τουτονὶ κατεσκευακὼς προϊόντος τοῦ λόγου καταφανὴς ὑμῖν ἔσται.* hoc enuntiatum diu multumque consideranti mihi in decursum orationis quadrare non est uisum: nam concinnum sententiarum ordinem interrumpit. postea enim quam orator, quibus condicionibus exceptio concessa esset, demonstrauit, ita pergendum erat, ut sese eodem iure exceptionem fecisse diceret: *ἐγκαλοῦντος οὖν μοι Ἀπατουρίου κτλ.* enuntiatum uero *ὁ μὲν . . . ἔσται* sic positum eo magis uituperandum est, quod ne probatur quidem Eryxiam totius litis auctorem esse — cf. 18. *ὁ ταῦτα κατασκευάζων κτέ.*, ubi nec testimonio nec argumento ullo ueram esse actoris incusationem demonstratur —. bonus quidem orator istam sententiam, si in prooemium eam recipere uoluit, uerbis *ἐγκαλοῦντος κτέ.* aut coniungere aut uero, id quod mihi melius uidetur, subiungere debuit.

uehementius autem reprehendenda mihi uidetur nar-

ratio. ‚tris res' ut ait Cornificius[1]) rhet. ad Herenn. I. 9. 14. ‚conuenit habere narrationem, ut breuis ut dilucida ut ueri similis sit.' probabilem quidem et perspicuam esse narrationem orationis XXXIII negari non potest, sed breuitatem equidem nullam uideo. etenim quae iam inde a paragrapho quarta usque ad paragraphum duodecimam narrantur, ut priorem contractum solutum esse demonstretur, multo paucioribus uerbis absolui poterant. nam id unum interest scire iudices, exstet contractus necne: quibus autem exponitur, qua ratione pactio illa confecta sit, ea si non prorsus otiosa, tamen multo longiora sunt[2]).

nec argumentatio nullam uituperandi ansam praebet. non premo, quod testimonio probatam esse rem dicit, cuius rei testis non productus est — cf. §. 30. *ἀλλὰ μὴν τοῦτο μεμαρτύρηται ὑμῖν, ὅτι . . . . ἐζήτουν ἑτέρας* [*συνθήκας*] *γράφεσθαι κτλ.* cl. §. 19, ubi nullum exstat testimonium — nam hoc arte procreatum alicui uideatur: sed non iniuria reprehendendus uidetur in eo, quod §. 30. firmius argumentum (*πῶς ὀρθῶς ἂν ἐμοὶ δικάζοιτο, καθ' οὗ μὴ ἔχει παρασχέσθαι συνθήκας*) post infirmius (*πολὺ γὰρ ὁ λόγος ἦν μοι ἰσχυρότερος ὁμολογοῦντι τὴν ἐγγύην ἐπὶ τὰς συνθήκας ἰέναι*) collocauit, ut paene lateret[3]).

epilogum denique, quamuis breuitate sua notabilis sit[4]), tamen equidem non reprehenderim: nam optime actoris rationi et moribus conuenit, qui quidem bona caussa fretus iudicum beniuolentiam captare non uolt.

Haec de dispositione disseruisse satis habeo. uenio nunc ad elocutionem, ex qua facillime intellegemus orationem hanc a Demosthene conpositam esse non posse. ac primum quidem

---

1) cf. Volkmannus pag. 113 proxx.

2) cf. Cornific. rhet. ad Herenn. I. 9. 14: rem breuiter narrare poterimus, si inde incipiemus narrare, unde necesse erit, et si non ab ultimo initio repetere uolumus.

3) cf. Cic. de or. II. 77. 313: etiam in illo reprehendo eos, qui, quae minime firma sunt, ea prima collocant.

4) cf. Volkmann. pag. 214.

dicemus.

Ioannes Siggius [1]) recte animaduertit nomina propria a Demosthene multo pluribus locis sine articulo quam cum articulo poni, et ita quidem, ut fere quintum quodque nomen proprium articulo instructum sit. hanc igitur in partem orationem aduersus Apaturium scriptam cum ueri Demosthenis orationibus priuatis [2]) contuli et uidi posita ess

in oratione	nomina personarum		populorum		regionum et oppidorum	
	cum articulo	sine articulo	cum articulo	sine articulo	cum articulo	sine articulo
XXXVI	14	67	—	1	—	2
XXXVII [3])	17	29	—	1	2	1
XXXVIII	6	11	—	—	1	—
XXXVIIII	3	22	1	1	—	2
XXXXI	26	35	—	—	—	—
LIIII [4])	10	42	2	3	3	2
LV	—	18	—	—	—	—
LVII [5])	23	54	4	7	—	3
XXXIII	50	23	—	—	1	5

1) de scriptore nouem illarum orationum, quae a Demosthene pro Apollodoro conpositae esse dicuntur, in ann. phil. suppl. VI. pag. 430 proxx.

2) orationes tutelaris, quas admodum adulescens Demosthenes scripsit, conferendas non duxi: nam adulescens in scribendo minus stabilem regulam sequitur.

3) Siggius l. cl. pag. 401. XXXVII orationem et XXXVIII et XXXVIIII et XXXXI et LV a Demosthene alienas esse dicit. mihi quidem uerae sunt istae orationes, dum u. doctissimus suppositas eas esse argumentis conprobauerit. Gottholdus autem Krueger in dissertatione de oratione exceptoria, quam ferunt contra Pantaenetum scripsisse Demosthenem, Halis Sax. 1876, qui u. d. duabus fere paginis (26 et 27) tam difficilem quaestionem dissoluere ausus est, nihil profecit. incredibilis quaedam in libello isto inest leuitas et celeritas disputandi.

4) Siggius 67 nomina propria in hac oratione inesse dicit, sed nec *Θεότιμός τις* (7) nec *Βάκχιόν τινα* (39) nec *τὰ Ἑκαταῖα* (39) nec *Τριβάλλους* (39) quippe quod praedicatum sit, nec *Ἄρειον πάγον* (25. 28) huc referri possunt.

5) orationem LVII Demosthenis esse Siggius l. cl. pag. 401. not. 3 et Blassius l. cl. pag. 431 proxx., non inuito mihi persuaserunt.

uides igitur prorsus aliam rationem orationis XXXIII scriptorem secutum esse atque Demosthenem. nec tamen temere articulum alii nomini adiectum esse alii non adiectum esse existimandum est: nam Apaturi aduersari nomen numquam articulo ornatum est, Parmenontis autem nomen articulum semper habet excepta paragrapho quinta, ubi primum positum est.

iam uero, quo facilior sit conspectus, in enumerandis eis, quae a Demosthenis consuetudine recedunt, orationis ordinem sequemur:

§. 1. minus adstricta est oratio: nam in enuntiato *ἵνα μηδεὶς ἀδικῇ μηδένα τῶν ἐμπόρων εἰκῇ* facillime omitti poterat *εἰκῇ*. id quod eo magis notandum est, quod *εἰκῇ* in ueris Demosthenis orationibus non est nisi in eis, quas adulescens conposuit XXVIII. 5, XXX. 20. praeterea *εἰκῇ* scriptum uides [Dem.] XXXXVIII. 43, Isae. I. 9, Isocr. II. 29, IIII. 12, 136, VIII. 30, 61, ep. VI. 11, Aeschin. I. 52. fortasse *εἰκῇ* ad efficiundum similiter desinens (*ὁμοιοτέλευτον*) *ἀδικῇ εἰκῇ* adiectum est: quamquam haec figura obscuratur, quia post *ἀδικῇ* nulla est pausa maior.

§. 2. *ἐπὶ τὴν παραγραφὴν καταφεύγειν*: *καταφεύγειν* in orationibus Demosthenicis coniunctum est:

a) cum *ἐπί* et accusatiuo personae: XVIII. 19 *καταφεύγειν ἐφ' ὑμᾶς*, XVIII. 97 *τοὺς καταφεύγοντας ἐφ' αὐτούς*, XXI. 213 *τοῦ ἐφ' ὑμᾶς καταπεφευγότος*.

b) cum *εἰς* et accusatiuo personae: XXVIII. 20 *εἰς ὑμᾶς καταπεφεύγαμεν*, [XXXX.] 3 *εἰς ὑμᾶς καταπεφευγώς*, ib. 18 *εἰς ὑμᾶς καταπέφευγα*, [XXXXVII.] 15. *καταφεύγων εἰς τὴν ἄνθρωπον*, LVII. 24 *εἰς ἕνα ἢ δύο ἀνθρώπους κατεφεύγομεν*, ib. 56 *κατέφυγον εἰς ὑμᾶς*[1]).

c) cum *πρός* et accusatiuo personae: VIII. 41 *καταφεύξεται πρὸς ὑμᾶς*, [X.] 13 id., LVII. 29 *πρὸς τούτους ὄντας συγγονεῖς καταφεύγων*.

---

1) sic etiam LVII. 6 *τὰς εἰς ὑμᾶς ἐποιήσατε καταφυγάς*. ceteris locis ad substantiuum *καταφυγή* notio directionis addita non est, cf. [XXXXVI.] 9, LIIII. 21, [LVIII.] 65, [epist.] 3. 11, Aeschin. III. 134, Isae. II. 13.

d) cum εἰς et accusatiuo rei: XVIII. 158 εἰς τὰς Ἀμφικτυονικὰς [προφάσεις] καταφεύγει, XVIIII. 41 εἰς ταύτας τὰς προφάσεις καταφεύγων, [XXV.] 76 εἰς τὴν τοῦ βίου μετριότητα καὶ σωφροσύνην κατέφυγον, ib. 77 εἰς τὸν ἑαυτοῦ βίον καταφεύξεται, [XXVIIII.] 27 καταφεύγειν εἰς τοὺς μεγίστους ἐλέγχους, XXX. 36 εἰς τοῦτο τἀκριβὲς καταφυγεῖν, XXXI. 13 εἰς ἄλλο δίκαιον μηδὲν καταφεύγειν, [XXXXVII.] 31 εἰς ὅρκον καταφυγών. ib. 47 εἰς ἃ κατέφυγε τότε δίκαια.

uides igitur καταφεύγειν a Demosthene cum ἐπί et accusatiuo rei coniunctum non esse, quamquam haec constructio apud Graecos scriptores reperitur. cf. Herod. V. 46 καταφυγόντα ἐπὶ Διὸς ἀγοραίου βωμόν, Plat. Cratyl. pag. 425 D. ἐπὶ τὰς μηχανὰς καταφεύγουσιν, Isae. X. 23 ἐπὶ τοῦτον τὸν λόγον καταφεύγῃ. quin Aeschines καταφεύγειν cum ἐπί et accusatiuo rei coniungere solet: I. 141 καταφεύγειν ἐπὶ τοὺς εἰρημένους λόγους, III. 221 ὅταν καταφεύγῃς ἐπὶ τοὺς τοιούτους λόγους, ib. 229 ἐπὶ τὴν ἁπλότητα καὶ τὰ ἔργα καταφεύγῃ, ib. 248 ἐπ' αὐτὰ καταφεύγοντες.

ἐν ταῖς μεταλλικαῖς: δίκαις omissum est. quem unum afferre possum locum similem ex or. XXXVII. 37 petitum (ὅστις ἂν μέταλλον πρίηται, τοὺς κοινοὺς παρελθὼν νόμους, καθ' οὓς καὶ διδόναι καὶ λαμβάνειν πᾶσι προσήκει δίκας, ἐν ταῖς μεταλλικαῖς δικάσεται;), hic non prorsus aequalis est: nam hoc loco δίκαις post μεταλλικαῖς omissum multo minus requiritur, quia uerbum δικάσεται proxime sequitur.

§. 3. μετὰ τούτου μοι ἐπιβεβουλευκώς: orator aduersarium, quamquam primum eius mentionem facit, tamen pronomine demonstratiuo significat. quae ratio, ut per se minus recta est, sic a Demosthenis consuetudine abhorret, qui quidem orator, cum primum aduersarium appellat, eius nomen ponit: XVIII. 3, XVIIII. 2, XX. 1, XXI. 1, XXII. 1, XXXIII. 1, XXIIII. 1, XXVII. 1, XXVIII. 1, XXX. 1, XXXVI. 2, XXXVII. 1, XXXVIII. 1, XXXVIIII. 1, XXXXI. 1, LIIII. 1, LV. 1, LVII. 1. quod in orationis XXXI principio aduersarius pronomine οὗτος inducitur, non dicit contra: nam haec oratio deuterologia est, ut quasi

altera pars antecedentis orationis existimanda sit. eadem ratio cernitur in plerisque orationum suppositiciarum: XXVI. 1, XXVIIII. 1, XXXII. 2, XXXIIII. 2, XXXXII. 1, XXXXIIII. 1, XXXXV. 2, XXXXVI. 1, XXXXVIII. 1, XXXXVIIII. 1, L. 1, LVI. 3, LVIII. 1, LVIIII. 1.

προϊόντος τοῦ λόγου: *προϊέναι* ad orationis decursum significandum a Demosthene usurpatum non est. de tempore dictum est XXXVIIII. 14. *προϊόντος τοῦ χρόνου* (= Isae. II. 9, Aeschin. III. 58). cf. [LIII.] 4 *προβαίνοντος τοῦ χρόνου*, [LVIIII.] 3 *προεληλυθότος χρόνου*. paullo propius ad superiorem notionem accedit *προϊέναι* XVIIII. 197: *προήει τὸ πρᾶγμα. προϊόντος τοῦ λόγου* uero est [Dem.] XXXXIIII. 5, [L.] 31, [LVIIII.] 20, Isocr. XVII. 19.

καταφανὴς ὑμῖν ἔσται: *καταφανής* uocabulum apud Demosthenem non exstat nisi in orationibus tutelaribus, quas admodum adulescens scripsit: XXVII. 41 *τὸ πλῆθος οὐ βουλόμενος καταφανὲς ποιῆσαι*, XXX. 6 *ἦν καταφανὴς εὐθὺς ἀδικούμενος*. praeterea *καταφανής* est [XVII.] 27, [XXXX.] 3, [XXXXIII.] 42, [XXXXVII.] 74, 75, [XXXXVIII.] 50, 51, [LVIIII.] 10, 104. Isae. II. 40 *οἶμαι καταφανὲς ὑμῖν ἅπασι τοῦτ' εἶναι*, Aesch. III. 103 *διὸ καὶ καταφανὴς ἐγένετο*, Isocr. I. 34, II. 1, IIII. 49, *καταφανῶς* aduerbium [XXXV.] 27, Isae. III. 73 *τί αὐτὸν ἔδει καταφανῶς καὶ ὀτφοῦν ἀπέχθεσθαι*. Demosthenes in orationibus posterioribus eandem sententiam uocabulo *φανερός* effecit, cf. XXXVI. 3 *ἡ τούτου συκοφαντία φανερὰ γενήσεται* XVIII. 73 *ἀπὸ γὰρ τούτων τίς τίνος αἴτιός ἐστι, γενήσεται φανερόν*. ac tamen cauendum est, ne forte iniuria *καταφανής* a Demosthenis maioris natu sermone alienum esse iudicemus: nam in or. XVIIII. 24 uerbum *καταφαίνεσθαι* scriptum uides: *οἱ δὲ λέγοντες ὄχλος ἄλλως καὶ βασκανία κατεφαίνετο*.

§. 4. *μέχρι τινός* hoc uno loco de tempore usurpatum est, ut sit ‚aliquamdiu'. quasi gradus quidam actionis uocabulis *μέχρι του* significatur I. 7, XVI. 24. cf. Rehdantzi ind. Dem. II. s. u. *μέχρι του*. praeterea cf. [Dem.] proem. 23. 2 *μέχρι τοῦ προβήσεται τὰ πράγματα*, Dem. XVIIII. 333 *ἄχρι τούτου πάντ' ἀφίημι*. nec tamen dubitandum,

quin *μέχρι τινός* superiore sensu usurpatum a Demosthene proficisci potuerit: nam *μέχρι* et *ἄχρι* cum demonstratiuo pronomine coniuncta saepius de tempore quam de gradu usurpata sunt. cf. XVIIII. 10 et XVIII. 48 et [LVIII.] 29 *μέχρι τούτου ἕως*, XXIII. 146 *μέχρι μὲν τούτου — ἔπειτά*, ib. 122 *ἄχρι τούτου καὶ φιλεῖν χρὴ καὶ μισεῖν μηδετέρου τὸν καιρὸν ὑπερβάλλοντος* (plena formula est XXXVI. 9 *ἄχρι τούτου τοῦ χρόνου*). adde *μέχρι τίνος; ἕως* [XXXXIIII.] 24, *ἐβασάνιζον ἂν μέχρι οὗ αὐτοῖς ἐδόκει* [LIII.] 25, *μέχρι τοῦ* c. infinitiuo XXVII. 2, XXXVII. 15.

τὸ πλεῖν καταλέλυκα: Reiskius uertit: ‚desii mare arare'. qui quidem usus uerbi *καταλύειν* a Demosthene prorsus alienus est. hic enim *καταλύειν* plerumque dicit de mutanda re publica et delendis externis ciuitatibus: VIII. 10 *τὴν ὑπάρχουσαν τῇ πόλει δύναμιν καταλῦσαι*, 40 *πῶς ταύτην* [*τὴν πολιτείαν*] *καταλύσει;* 76 *τὸ ὅλον καταλύοντας*, XV. 20 *τοὺς τὰς πολιτείας καταλύοντας*, XVIII. 102 *τὸ ναυτικὸν ὑμῶν καταλυόμενον*, XX. 70 *τὴν Λακεδαιμονίων ἀρχὴν καταλύσαντα*, XXII. 32 *τὸν δῆμον καταλῦσαι*, [XIII.] 14 *τὸν δῆμον καταλελύσθαι*, [LVIII.] 34 *ὁ δῆμος καταλύεται*, XXII. 48 *καταλύσας κληρωτὴν ἀρχήν*, XXIII. 9 *καταλῦσαι τοὺς ἑτέρους βασιλέας*, 81 *δικαστηρίοις καταλυομένοις*, XXIIII. 91 *καταλύει πάντα τὰ πράγματα*, 99 *τί λοιπὸν ἔσθ' ἡμῖν ἢ καταλελύσθαι*, 102 *τὴν διοίκησιν καταλύει*, XXXVII. 60 *πρᾶγμα δίκαιον καταλύσετε*, XXXVIII. 22 *πρᾶγμα δίκαιον καταλυθήσεται*, [LVIII.] 75 *ἵνα μηδὲν καταλύηται* [*τῶν νομιζομένων.*] praeterea in or. [XXXXVIII.] est: 13 *στράτευμα καταλύειν*, 14 et 50 *τὰς τριήρεις καταλύειν*. propius a loco, quo de agitur, abest XVIII. 112 *τὴν Θηβαίων ὕβριν καταλύσειν*. cf. [X.] 73 *ἣν* [*δόξαν*] *αἰσχρόν ἐστιν ἐν σοὶ καταλῦσαι* et [LXI.] 33 *καταλύσειν τὸν ἔπαινον*. sed hi loci omnes in eo differunt ab eis quae supra posuimus uerbis, quod in omnibus notio uiolentiae inest, quae in uocabulis *τὸ πλεῖν καταλύειν* locum non habet: nam uolens actor nauigare desiit. nec quisquam Demostheni hunc usum uindicabit cl. [LVI.] 24 *προκατέλυσαν οὗτοι τὸν πλοῦν*, quae Wolfius uertit ‚cum isti nauigationem interrumperent': nam orationem LVI

suppositam esse satis superque demonstratum est [1]). propius ab illo usu abest *τὸν λόγον* siue *τοὺς λόγους καταλύειν*, quod ab Aeschine semel — II. 126 —, saepius ab Isocrate — XII. 176, 199, XV. 320 — usurpatum est.

§. 5. *τρίτον ἔτος*: ‚abhinc tris annos'. pronomen demonstratiuum omissum est, ut §. 23 *ἡ μὲν γὰρ ἐπιτροπὴ τρίτον ἔτος γέγονεν* et [LVI.] 16 *ἔχει δεύτερον ἔτος τὰ ἡμέτερα* et ibidem 45 *ἔχουσι τὰ ἡμέτερα δεύτερον ἔτος*. pronomen demonstratiuum saepe ab eius modi accusatiuis abesse Frohberger ad Lys. XXIIII. 6, uol. III. pag. 144 monet, cf. eiusdem adnotationem Lys. uol. III. pag. 211, Krueg. art. I. 46. 3. 1, Rehdantz. ad Xenoph. Anab. IIII. 5. 25. sed tamen in Demosthenis orationibus ueris nullus est locus,

1) cf. Benseleri librum de hiatu pag. 142 prox., A. Schaeferi de Dem. uol. IIIB pag. 311 proxx. G. A. Schwarzi commentationem de oratione *κατὰ Διονυσοδώρου* cet. Gottingae 1870. qui tamen uir doctus rectissime contra Schaeferum disputauit ob temporis rationem orationem LVI a Demosthene abiudicandam non esse. ceterum h. l. monere licet Schwarzium pag. 9. sine caussa negauisse, *πάσχειν* uerbum apud Demosthenem de rebus inanimis inueniri.' uir ille optimus non curauit, quae LV. 24, 25 sunt: *ἐλαίου δ' ἀποκλιθῆναι μὲν κεράμιον, οὐ μέντοι παθεῖν οὐδὲν . . . οὐ γὰρ δὴ τείχιόν γ' εἰ παλαιὸν ἀπῳκοδόμησεν, ἐμοὶ καὶ τοῦτο λογιστέον ἐστίν, ὃ μήτ' ἔπεσε μητ' ἄλλο δεινὸν μηδὲν ἔπαθεν.* nec respondere poterit Schwarzius, quia suppositicia sibi uisa sit oratio LV, istum se locum neglexisse. nam non magis certe suppositicia est quam oratio XXXII et XXXV et XXXX et XXXXIII et XXXXVIII, e quibus orationibus locos attulit. ne tamen numerum argumentorum, quibus orationem LVI a Demosthene abiudicandam esse demonstratur, imminuisse uidear, addo uerbi *βαδίζειν* usum, qualis est 15 *πρὸς διαιτητήν*, *εἰς δικαστήριον βαδίζειν*, 18 *ἐπὶ διαιτητὴν βαδίζειν* prorsus abhorrere a Demosthenis genere. simile quid non uidi nisi in or. [XXXXII.] 12 *εἰς τὸ δικαστήριον βαδίζειν*. Demosthenes autem dicit: *εἰσέρχομαι εἰς ὑμᾶς* XVIII. 2, XXIII. 3, XXVII. 1, XXX. 3, XXXVII. 8, cf. [XXXIII.] 2, [XXXXIIII.] 3, *ὡς ὑμᾶς* XXXVII. 8; *εἴσειμι εἰς ὑμᾶς* XXXXI. 2, [XXXXVII.] 5, [L.] 1; *εἰς τὸ δικαστήριον εἰσέρχομαι* XVIII. 132, XXI. 176, 179, cf. [XXXIIII.] 43, 44, [LIII.] 17; *εἰς τὸ δικαστήριον εἰσιέναι* XXXVIII. 10, cf. [XXXX.] 1. adde *ἐπὶ τὸν κληρωτὸν διαιτητὴν ἐλθών* [XXVIII.] 58; *ἁπαντᾶν πρὸς διαιτητήν* [XXXX.] 11, 17, 38, 39. — de scriptore orationis LVI cf. denique Blassi de Atticorum eloquentia uol. III. 1. pag. 523 proxx.

ubi *τουτί* pronomen omissum sit: III. 4 *τρίτον ἢ τέταρτον ἔτος τουτὶ Ἡραῖον τεῖχος πολιορκῶν*, LIIII. 3 *ἐξήλθομεν ἔτος τουτὶ τρίτον*, VIII. 2 *τῆς στρατείας ἣν ἐνδέκατον μῆνα τουτονὶ ποιεῖται*, XXI. 13 *οὐ καθεστηκότος χορηγοῦ τρίτον ἔτος τουτί*. adde [LVI.] 4 *δεύτερον ἔτος τουτὶ καρπούμενος τὰ ἡμέτερα* et 34 *καρπούμενοι δεύτερον ἔτος τουτί*. cf. Rehd. ind. II. s. u. accusatiuus 3. quae exempla cum pauca sint, pro certo adfirmare non ausim *τρίτον ἔτος* omisso *τουτί* pronomine ab Demosthene alienum esse: sed cum orator in XXXIII oratione bis pronomen omiserit, ne hoc quidem argumentum inter cetera neglegendum uidetur.

§. 5. *ἐνδιατρῖψαι* ‚commoratum esse': uerbum *ἐνδιατρίβειν* non exstat in corpore orationum Demosthenicarum nisi [XXXXVIII.] 20 (= Aeschin. III. 201), ubi tamen sensum moras nectendi siue tergiuersandi praebet. eodem sensu, quo hoc loco *ἐνδιατρίβειν*, alias *διατρίβειν* usurpatum est: VIII. 14 *ἐν Θράκῃ διατρίβει*, XV. 11 *πλησίον αὐτῆς διατριβοντος ἐκείνου*, XVIII. 154 *αὐτοῦ διέτριβον*, ib. 169 *διετρίβομεν ἐν Πέλλῃ*, [XXVI.] 6 *ἐν Αἰγίνῃ διατρίβειν*, [XXXII.] 5 *ἄνω διέτριβεν*, [LVIIII.] 36 *διατρίψασα ἐν τοῖς Μεγάροις*, [epist.] 3. 1 *ἐκποδὼν διατρίβοντι*. *ἐνδιατρίβειν* ergo a Demosthene profectum esse non uidetur. quae quidem suspitio eo non minimum augetur, quod, quantum conperire potui, *ἐνδιατρίβειν* uerbum *χρόνον* accusatiuo addito illo sensu post Thucydidis memoriam — cf. Thucyd. V. 12 *ἐνδιατριβόντων αὐτῶν* — non est usurpatum nisi a recentioribus rerum scriptoribus. cf. Polyb. III. 88. 1, Diodor. XIIII. 107.

§. 9. *τὴν ναῦν ἐξορμίσαι*, *τὴν ναῦν ἐξορμίζειν*, 24 *ἐξώρμιζε τὴν ναῦν*. *ἐξορμίζειν τὴν ναῦν* poeticum colorem habet — cf. Eur. Hel. 1247 *εἰς πόντον ὅσα χρὴ νέκυσιν ἐξορμίζομεν*, Phoen. 846 *ἐξορμίσαι σὸν πόδα* [ubi Weckleinius ci. *ἐνωρμίσας σὸν π.*], Sophr. apud Dem. Phaler. §. 151 *ἐξορμίζομαι πλόον* — nec ullum equidem prosae orationis locum inuestigare potui, ubi *ἐξορμίζειν* esset.

§. 10. *τοῦτον ἀνοσιώτατον ἡγησάμην εἶναι τῷ ἐπιχειρήματι*: structura duriuscula mihi uidetur esse: *διὰ τὸ*

ἐπιχείρημα potius exspectatur. accedit, quod *ἐπιχείρημα* apud Demosthenem non est nisi XVI. 13 *σφόδρα ἐναντίον ἐστὶ τοῖς Λακεδαιμονίων ἐπιχειρήμασι τὸ τοὺς Ἀρκάδας ἡμᾶς συμμάχους ποιήσασθαι.*

§ 13. *τοῦ εἰς Σικελίαν πλοῦ κατεκωλύθη*: *κωλύω* cum genitiuo coniunctum est a Xenophonte (cf. Anab. I. 6. 2, ubi u. Rehdantz., instit. Cyri II. 4. 23, hist. Graec. III. 2. 21) et a Polybio (II. 2. 8, 52. 9, VI. 55. 37), *διακωλύω* a Diodoro (XVII. 40, XX. 79, 94). uerum a Demosthene haec structura aliena uidetur esse. quod ut tibi probem, exempla omnia afferam:

1) *κατακωλύω* coniunctum est:

a) cum accusatiuo: XVIIII. 36 *κατεκώλυσεν αὐτοὺς βουλομένους ἐπὶ τὰς πόλεις ἰέναι*, 51 *ἐμὲ ἡνίκα δεῦρο ἀποπλεῖν ἐβουλόμην κατεκώλυεν*, [LIII.] 5 *κατακωλύοιμι τοὺς πρέσβεις.*

b) cum infinitiuo: [XXXIII.] 9 *τὴν ναῦν κατεκώλυσεν αὐτὸν ἐξορμίζειν* XVIIII. 323 *κατακωλυθεὶς ἐκπλεῦσαι.*

2) *διακωλύω*:

a) absolute positum est: VI. 9, LIIII. 22.

b) cum accusatiuo coniunctum est: XVIII. 98, XVIIII. 98. 248, [XXXXVII.] 42.

c) cum accusatiuo et infinitiuo: XVIIII. 49, 187, XXXXI. 5. (cf. Isae. II. 28).

d) passiu. XVIII. 60, XXXXI. 26.

e) passiu. cum infinitiuo coniunctum XVIIII. 26.

3) *κωλύω*:

a) absolute positum: IIII. 15, 43, 49, [VII.] 21, VIII. 12, VIIII. 33, [XIII.] 32, XVIII. 63, XVIIII. 17, 143, 168, XX. 74, XXI. 59 bis, XXIII. 18, 69, 157, XXIIII. 29, 38, 153, [XXXIIII.] 24, XXXVIIII. 21, LV. 4, LVII. 28, [LVIII.] 45.

b) passiu. absol. [XII.] 8, XV. 10, XVIII. 144, XVIIII. 42, [XXXIII.] 24, [XXXXIIII.] 36.

c) *κωλύω* c. accus. personae: VI. 3, [X.] 10, XVIII. 229, XXI. 60, XXIII. 183, 189, [XXVI.] 1, [XXVIIII.] 37, LVII. 70, [prooem.] 12. 2.

d) c. acc. rei: IIII. 14, 34, VIII. 28, [XVII.] 15, XVIII. 23, decret. in XVIII. 155, XVIIII. 1, 322, XXI. 49,

XXIII. 192, [XXXXIIII.] 36, 59, [LVIII.] 46, [LX.] 11, 18, [prooem.] 10. 1, 21. 5.

e) sequitur accusatiuus infinitiui articulo instructi: VIII. 54 = [X.] 56, XXIII. 122, [XXXXIIII.] 32.

f) cum infinitiuo coniunctum est: I. 22, XXI. 210, XXII. 11, XXIII. 52, [XXXXIIII.] 55, [LX.] 8, [LXI.] 40.

g) passiuum c. infinitiuo: XVI. 13, decret. in XVIII. 155, XVIIII. 31.

h) *κωλύω τινὰ* c. infinitiuo: I. 12, 25, V. 19, 20, VI. 3, [XVII.] 19, XVIIII. 62, 210, XX. 97, XXI. 210, XXII. 8, XXIII. 189, XXIIII. 38, XXXVII. 7, [XXXX.] 47, [LVIII.] 15, 56, [epist.] 3. 35.

i) cum accusat. et infinit. [VII.] 1, 4, VIII. 15, 42, [X.] 14, [XI.] 5, XVIII. 22, 61, 71, 88, 93, XVIIII. 8, XX. 3, 154, XXI. 24, 63, XXIII. 58, 96, 130, XXIIII. 130, 216, [LI.] 9, LIIII. 5, [LVI.] 49, [LVIII.] 40, 45, 46, [LVIIII.] 93, 99.

singularia sunt, quae [prooem.] 32. 2 scripta uides *τοῦ τὰ μέγιστα αἰσθάνεσθαι κεκώλυκεν αὐτούς*, nec ullo pacto, quae est condicio prooemiorum Demosthenicorum, isto loco probari potest a Demosthene *κωλύω* eiusque uerbi composita cum genitiuo coniuncta esse, cum praesertim multi sint in oratoris illius orationibus loci, quibus genitiuo uti potuit, si uoluisset. cf. uerbi gratia XVIII. 324 *κατακωλυθεὶς ἐκπλεῦσαι*, quo loco *κατακωλυθεὶς τοῦ πλοῦ* scribere potuit, dum modo uoluisset.

§ 15. *ἐπάναγκες*: raro hoc uocabulum a Demosthene usurpatum est: XXIIII. 55 *ὁ δὲ ἔγραψε τοῖς προέδροις ἐπάναγκες, ἐάν τι καθιστῇ, προσάγειν*, 84 *προσέγραψε, τοὺς δὲ προέδρους ἐπιχειροτονεῖν ἐπάναγκες*, 89 *ἐπάναγκες ἐποίησε δέχεσθαι*, [XXXIIII.] 7 *κελευούσης τῆς συγγραφῆς ἐπάναγκες ἐντίθεσθαι*, [XXXXIII.] 53 *προσέταξεν ἐν τῷ νόμῳ, ἃ δεῖ ποιεῖν τοὺς προσήκοντας ἐπάναγκες*, in lege [XXXXIII.] 54 *μὴ ἐπάναγκες εἶναι πλέον ἢ μίαν ἐκδοῦναι τῷ γένει*. Aeschin. I. 13 *καὶ μὴ ἐπάναγκες εἶναι τῷ παιδὶ ἡβήσαντι τρέφειν τὸν πατέρα κτλ* — sunt autem uerba legis — 24 *τούτους ἐπάναγκες περὶ τῶν πραγμάτων λέγειν*. *ἐπάναγκες* uox igitur, si quid ex eis quos modo attuli locis

ncludere licet, Demosthenis temporibus iam obsoleta letur fuisse, nec locum habuisse nisi in legum et pactiom formulis. quae coniectura si uera est, uox illa hoc o, quo argumentum syngraphae enarratur, optime se bet nec quicquam ad orationis scriptorem inuestigam ualet.

§ 17. *ἀγαναχτήσας τῷ λόγῳ*: *ἀγαναχτεῖν* cum datiuo niunctum in Demosthenis orationibus non reperitur. quod o facilius perspici possit, omnis qui *ἀγαναχτεῖν* praebent os ex corpore orationum Demosthenicarum afferam:

ἀγαναχτεῖν igitur

1) absolute positum est: VIIII. 11, 28, [XVII.] 5, VIII. 22, XVIIII. 286, XX. 87, 148, XXI. 39, 59, 108[1]), 3, 129, XXII. 24, XXIIII. 13, 131, XXVII. 63, [XXXV.] , 45, XXXVII. 2, XXXXI. 4, 18, [XXXXIII.] 60, XXXV.] 3, [XXXXVIII.] 28, LV. 5, 29, [LVI.] 11, VIIII.] 109, [prooem.] 41. 1.

2) coniunctum est:

a) cum *ἐπί* et datiuo: [XVII.] 3, XVIII. 238, XXIII. 7, XXIIII. 175, [XXXIIII.] 19, [XXXV.] 31, [XXXX.] , [XXXXVII.] 41, [XXXXVIII.] 6, 28.

b) cum accusatiuo pronominum: *αὐτὸ τοῦτο* VIII. 55, τοῦτο [X.] 57, *ὅ* XVIIII. 305, *ἅ* XXI. 16, *ὅ* XXIIII. 88, τοῦτο LIIII. 15.

c) cum *ὑπέρ* et genitiuo: XXI. 6, XXII. 66, XXIIII. 3, XXX. 29.

d) cum *περί* et genitiuo: [XXXX.] 49, XXXXI. 22, 25.

e) *κατ' αὐτὸ τοῦτο* XVIIII. 214.

3) sequitur:

a) *εἰ*: XVIIII. 182, XXIIII. 131, [XXV.] 58.

b) *ὅτι*: [XXXXVIIII.] 16.

singularis est structura [prooem.] 41. 2 *νῦν γεγενημένων ἀγαναχτεῖτε*, ubi tamen codd. FQ *γρ. περὶ τῶν γενημένων* haud scio an probabili coniectura praebent.

1) *ἔτι πολλῷ χαλεπώτερον τούτοις τοῖς μετὰ ταῦτα ἐνήνοχα καὶ ἄλλον ἠγανάκτηκα*: ne putaueris hoc loco *ἀγανακτεῖν* cum datiuo niunctum esse. datiuus non pendet nisi a *χαλεπῶς ἐνήνοχα* cf. ruegeri art. l. 60. 5.

cum dativo *ἀγαναχτεῖν* coniunctum est [Dem.] XXXXIIII. 19 *ἠγανάκτει τῷ γεγενημένῳ*, Lys. III. 16. — cf. Frohberger ad Lys. XIIII. 39. — Aeschin. I. 166, 168, Xen. hist. Graec. V. 3. 11, Plat. Phaed. pag. 63 B.

praeterea hoc loco offendendum est in uitiosa breuitate *ἀγαναχτήσας τῷ λόγῳ*. uereor enim, ne ei qui audierunt exspectauerint, dum *τῷ λόγῳ* illud sequeretur *τῷ δ' ἔργῳ· ἀγαναχτήσας τούτῳ τῷ λόγῳ* dicendum erat, ut dilucida esset oratio.

§. 17. *οὐ πόῤῥω φάσκων εἶναι τὸν ἔλεγχον* ‚non alte repetendum esse argumentum dicens': horum uerborum simile quid in Demosthenis orationibus non est. proxime uero accedunt, quae [X.] 46 scripta uides: *τῶν δὲ παρόντων καὶ τῆς ταραχῆς πολλὰ πόῤῥωθέν ἐστι τὰ αἴτια.* mihi quidem uerba illa parum elegantia uidentur esse et ab oratore minus erudito profecta.

§. 18. *οὔπω καὶ τήμερον*: apud Demosthenem semper *οὐδέπω καὶ τήμερον* [1]) est: XXI. 81, 91 (ubi Bekker et Dindorfius *οὐδέπω* discernunt, ut sit *οὐδέ πω*, *οὐδέπω* autem Buttmanni editio orationis XXI et Bekkeri editio Pollucis VIIII. 92 praebent), 157, XXX. 33, XXXVII. 46 (ubi tamen codd. Marciani FQ *οὐδέπω καὶ νῦν* exhibent), [XXXXV.] 76, et *μηδέπω καὶ τήμερον* XVIII. 190, XXIII. 211, XXXI. 13. similiter *οὐδέπω καὶ νῦν* [2]) dictum est [XXXXVII.] 17, [LVI.] 3, 45, *οὐδέπω καὶ νυνί* (Ar *νῦν*) [LVI.] 40. nec equidem existimo ex codice Augustano A et codice Parisino r *οὐδέπω* hoc loco pro *οὔπω* scribendum esse: immo *οὐδέπω* coniecturae speciem praebet: nam quod fere semper dicebatur, facile a librariis pro eo quod minus usitatum erat substitui potuit.

§. 21. *ἀποῤῥηθέν* tam singulare est, ut iam Pollux II. 128 haec adnotauerit: *ἀποῤῥηθὲν δ' αὐτῷ Δημοσθένης εἶπε τὸ ἀπαγορευθέν*. et sane uix credibile est *ἀποῤῥηθέν*

---

1) eodem sensu quo *οὐδέπω καὶ τήμερον* Demosthenes utitur uerbis hisce: *ἄχρι τῆς τήμερον ἡμέρας οὐ* VIIII. 28 et *μέχρι τῆς τήμερον ἡμέρας οὐ* XV. 10, XVIIII. 297, 328.

2) cf. [XXXXVII.] 7 *οὐδὲ νῦν πω*.

ab Demosthene profectum esse: nam clarus ille orator paucis tantum eisque usitatissimis participiis absolutis *ἐξόν*, *δέον*, *παρόν*, *προσῆκον*, *τυχόν*, *ὄν* usus est. quod quo facilius perspicias, omnia participia absoluta, quotquot in Demosthenicis orationibus insunt, diligenter collecta afferam:

ἐξόν est: II. 24, III. 9 bis, 27, VI. 11, [XII.] 18, XVIII. 30, XVIIII. 115, 138 bis, XX. 12, XXI. 3, 149, XXII. 30, 32. 34, 56, XXIII. 110, XXIIII. 126, [XXV.] 38, 74, 101, XXVII. 57, 60, [XXVIIII.] 49, XXX. 33, [XXXIIII.] 12, 25, XXXVIIII. 12, [XXXX.] 5, [XXXXIIII.] 68, [LI.] 19, [LII.] 32, [LVI.] 18, [LVIII.] 13, [LVIIII.] 13, 88, [prooem.] 35. 2, 38. 2.

δέον: III. 18, VI. 3, [X.] 35, XVIII. 288, XVIIII. 34, XXI. 90, 105, 193, XXIIII. 120, [XXV.] 47, 87, XXVII. 27, [XXXIIII.] 7, 44, [XXXX.] 42, [LVI.] 3, 41, LVII. 18, [prooem.] 10. 1.

παρόν: XV. 15, XX. 38, XXII. 41, XXXIII. 152, [prooem.] 24. 3.

προσῆκον: XVIIII. 304, [XXVIIII.] 16, [XXXX.] 42, [LI.] 18, [LVIIII.] 17 [1]).

τυχόν: XVIII. 221, [XXV.] 88, XXXVIIII. 15 [prooem.] 28. 3.

χαλεπὸν ὄν LV. 35.

οὐχ ὡς δίκαιον ὄν XXXVII. 40.

praeterea in orationibus sine controuersia suppositis sunt haec:

δόξαν [L.] 8.

οὐκ ὄν cum non liceat [L.] 22.

ὡς ἐπ' αὐτοῖς ἐσόμενον [LVI.] 43.

προσταχθέν [L.] 12 [2]).

proxime ad *ἀποῤῥηθὲν* adcedit *προσταχθέν* [3]), at hoc non magis Demostheni tribuendum est quam illud.

1) [XXXXIII.] 50 — cf. Rehdantz. ind. pag. 269 — omitto, quia ibi *προσῆκον* ab *ἐξελέγχονται* pendet.

2) *προσταχθέν* est Xen. hist. Graec. II. 3. 35, Lys. XXX. 2, Isae. I. 22, Isocr. XII. 67. cf. Frohberger ad Lys. l. cl. uol. III. pag. 162.

3) Cobetus in miscellaneis criticis, Lugduni Batauorum a. 1876, pag. 86 et [XVII.] 28 *διειρημένον* pro *διειρημένου* et [XXXV.] 52 *γεγραμμένον* pro *γεγραμμένου* substitui iubet: quo iure, in suppositiciis orationibus diudicare non audeo.

§. 22. non possum non monere formam *παρασχήσομαι* apud Demosthenem non esse nisi in oratione XX (126), quae ol. 106 a. 2 scripta est. reliquis XV locis, ut in omnibus orationibus suppositiciis, est *παρέξομαι*. num credibile est Demosthenem admodum uirum in formula usitatissima *παρέξομαι μάρτυρα* alteram formam, quae audientibus quaesita uidebatur, adhibuisse [1])?

§. 27. *μάρτυρά μοι τὸν νόμον εἶναι τοῦ μὴ ἐγγυήσασθαι καὶ αὐτὸν τοῦτον*. ‚moleste dictum esse *τὸν νόμον καὶ αὐτὸν τοῦτον*' iam Dobraeus et Dindorfius senserunt. Dobraeus igitur scribendum existimauit *κατ' αὐτὸν* (i. e. *τὸν νόμον*) *τούτῳ* (i. e. Apaturio). quae tamen coniectura ferri nequit, non quia superuacaneum est *κατὰ αὐτόν*, ut ait Dindorfius, sed quod omni sensu caret: nam actor, si praes esset, etiam ex illa lege fuisset (*ἠγγυήσατ' ἄν*): tantum lex ista impediebat, quo minus pecunia, cuius praes factus erat, ab eo exigeretur. nec uero felicior fuit Dindorfius l. cl., cum cl. 28 (*ἠγγυησάμην ἐγὼ τούτῳ τὸν Παρμένοντα*) hoc scribendum esse coniceret: *ἐγγυήσασθαι αὐτὸν τούτῳ* (Parmenontem Apaturio): nam quis tandem intellegere potest *αὐτὸν* pronomine designari Parmenontem, cuius nomen postremo paragrapho uicesima quinta prolatum est? tradita quidem scriptura ita defendi potest, ut *αὐτὸν τὸν νόμον* ipsam legem i. e. uerba legis (cf. Kruegeri art. 51. 6. 8) opposita esse existimemus eis, quae ex lege consecuntur: ‚sponsionem anno praeterito factam irritam esse'. sed haec ratio artificiosior est. restat igitur, ut *καὶ*

---

1) forma *ἕξω* multo usitatior erat quam *σχήσω*.
ἕξω apud Demosthenem — suppositas orationes a ueris non seiungam — duodeseptuagiens est, *σχήσω* septiens,
ἀνέξομαι bis,
ἀφέξομαι quater,
ἀποσχήσομαι bis,
κατασχήσω semel,
μεθέξω bis,
παρέξω semel,
ἀντιπαρέξω semel,
προσέξω semel,
συνέξομαι semel.

αὐτὸν τοῦτον τὸν νόμον oppositum esse dicamus legi ei, qua tempus, intra quod lites mercatoriae intendendae essent, definiebatur. at uero antea non legem illam sibi testari dixit sed *χρόνον*, ut inconcinna fieret argumentatio. forsitan dixerit quispiam huius modi quasi inconstantiam quandam scriptori orationis XXXIII condonandam esse. at alia remanet difficultas. nam subiectum proximi enuntiati (*ἐδεδίκαστο γὰρ ἄν*) requiritur: neque enim tota paragrapho Apaturius commemoratur. quam ob rem pronomine *τοῦτον* Apaturium indicari arbitror. nec sine specie probabilitatis Darestius, quippe qui pag. 209 uerteret mais pour prouver que je n'ai pas cautionné, j'invoque le témoignage de cette loi et de mon adversaire (*καὶ αὐτὸν τοῦτον*), ipsum Apaturium legi oppositum esse uoluit[1]). at hac ratione argumentum infertur, quod ab hac argumentatione alienum esse uideatur. quae cum ita sint, ego equidem uerba *καὶ αὐτὸν τοῦτον* mutanda censeo aut in *κατὰ τούτου*[2]), ut haec sit sententia: ‚contra Apaturium legem testem fore actorem non esse praedem' — cf. 38 *μάρτυρα παρεχόμενος κατ' ἐμοῦ τὸν ἠφανικότα* cl. XXVII. 26, et XXVII. 25 *κεκλήκασι κατ' ἐκείνου μάρτυρας* — aut si minus elegantem oratorem orationem XXXIII conscripsisse tibi persuaseris, in *κατ' αὐτοῦ τοῦτον* (hanc legem contra Apaturium).

si etiam leuiora commemorare iuuat,

§. 28 in uerbis *τὴν ἐγγύην τὴν ΠΡΟΣ τὴν τράπεζαν ΠΡΟΣ ἀπέχθειαν* displicet praepositio repetita. nec uideo, quo iure Dindorfius in editione Lipsiensi III *τὴν εἰς τὴν τράπεζαν* ex deterioribus libris mss. edendum curauerit. *πρός* enim codd. *Σ A* r praebent et sic §. 11 *τῆς ἐγγύης τῆς πρὸς τὴν τράπεζαν* scriptum est. §. 10 est *τῆς ἐγγύης τῆς ἐπὶ τὴν τράπεζαν*. *ἡ εἰς τὴν τράπεζαν ἐγγύη* autem dictum esse equidem exemplis probare non possum.

§. 29. *πολὺ γὰρ ὁ λόγος ἦν μοι ἰσχυρότερος ὁμολο-*

1) cf. XXXVI. 32 *οὐ μόνον ἐκ τῆς διαθήκης ἔστιν ἰδεῖν ἀλλὰ καὶ οὐ μάρτυς αὐτὸς γέγονας.*

2) cogita in codice archetypo leui errore exaratum fuisse *KAT ATOYTOYTOY*, quod quantum ab *KAIAYTONTOYTON* distet nemo non uidet.

γοῦντι τὴν ἐγγύην ἐπὶ τὰς συνθήκας ἰέναι (si recurrerem ad contractum). infinitiuus audaciore modo pro membro condicionali positus est, qui quidem usus a Demosthenis genere alienus est. Reiskius acri, ut solebat, iudicio ductus καὶ κελεύοντι post ἐγγύην deesse dixit. nec tamen quicquam mutandum est: cf. Thucyd. VI. 60. 3 βεβαιοτέραν γὰρ αὐτῷ σωτηρίαν εἶναι ὁμολογήσαντι μετ' ἀδείας ἢ ἀρνηθέντι διὰ δίκης ἐλθεῖν cl. Kruegeri art. I. 69. 30. 2., qui quidem locus quamquam non prorsus similis est, tamen originem usus illius ostendit. adde, quod ἰέναι ἐπί τι, cf. 29 ἐπὶ τὸ ἀρνεῖσθαι ἦλθον eo sensu usurpatum, ut idem ualeat, quod καταφεύγειν εἴς τι, Demostheni paene incognitum est. simile quid affere non possum nisi ex or. XXXVIIII. 27. ἥξει δ' ἐπὶ ταῦτα, ἅπερ ἀεὶ λέγει. reliquis autem locis ἰέναι ἐπί τι (cf. XXIIII. 61) et ἔρχεσθαι ἐπί τι (cf. [XVII.] 10) et βαδίζειν ἐπί τι (cf. XVIII. 4, 58) πρός τι (cf. XVIII. 263) et πορεύεσθαι ἐπί τι (cf. [XXV.] 14) significat ‚transire ad aliquid, se conuertere ad aliquid', ut ἐπανέρχεσθαι et ἐπανιέναι ἐπί τι et εἴς τι (cf. XVIII. 42, 102, 163, XX. 99, [XIII.] 9) sententiam redeundi ad aliquid habet. alio denique sensu ἐπανελθεῖν ἐπὶ τὰ γράμματα (inspicere syngraphas) est XXVIII. 5 et [XXXIII.] 36.

§. 30. ἐζήτουν ἑτέρας γράφεσθαι [συνθήκας] et ἐνεχείρουν συνθήκας γράφεσθαι. cf. 14 γράψαντες συνθήκας, 19. ἐπιχειροῦντες γράφειν ἑτέρας συνθήκας, 30. ἔγραψαν ἕτερα γράμματα: genus medium uerbi γράφειν apud Demosthenem significat saepissime ‚accusare', semel ‚sibi per litteras postulare' XXIIII. 48 πρόσοδον γράψασθαι πρὸς τὴν βουλήν, cf. [LVI.] 44 διπλασίαν καθ' αὑτῶν τὴν ζημίαν γράψασθαι. praeterea a Demosthene γράφεσθαι dicitur is, qui aliquid in commentarium refert (XXI. 130 ὡς ἐμαυτῷ γέγραμμαι) maximeque argentarius [XXXXVIIII.] 8 bis, 32, 62. συνθήκας γράφεσθαι autem a Demosthenis genere alienum uidetur esse, cf. XXIII. 4 γράφει τὰς συνθήκας πρὸς Κηφισόδοτον, 170 γράφει ὁ Ἀθηνόδωρος συνθήκας, 171 γράφει δ' ἑτέρας [σ.] πρὸς τὸν Χαβρίαν, 173 γράφει συνθήκας πρὸς τὸν Χάρητα, 176 γράφει ταύτας

τὰς συνθήκας, XXXVII. 10 πρὸς ἐκεῖνον πάλιν μίσθωσιν γράφειν. cf. [XXXXIII.] 7 συνθήκας γράψαντες πρὸς ἀλλήλους, [XXXXVIIII.] 9 συνθήκας ἐγράψαμεν πρὸς ἡμᾶς, αὐτοὺς = §. 11, 10 ἐγράψαμεν συνθήκας, Isocr. VIII. 16 χρῆσθαι ταῖς συνθήκαις αἷς νῦν τινες γεγράφασιν, Isae. VI. 27 γράψας διαθήκην. passiuum denique, quod ad quaestionem hanc soluendam nihil ualet, scriptum uides [XXXIII.] 14, 30, XXIII. 169, Isocr. VIII. 26. quid? num credibile est Demosthenem summum illum orationis quasi artificem fluctuasse inter genus actiuum et medium? ceterum item, ut συνθήκας γράφεσθαι, dictum est συγγραφὴν γράφεσθαι[1]): [LVI.] 6 συγγραφὴν ἐγράψαντο ὑπὲρ τούτων, 20 & 49 συγγραφὴν γραψάμενος, quod medium γράφεσθαι haud scio an ad analogiam uerbi συγγράφεσθαι ([XXXV.] 1, [LI.] 11, 28, 32, 46) a scriptoribus XXXIII orationis et LVI conformatum sit.

§. 31. ἀπόῤῥησις apud Demosthenem alio loco nullo est. quamquam uocabulum istuc non inusitatum erat, cf. Plat. soph. pag. 258 C μακροτέρως τῆς ἀποῤῥήσεως ἠπιστήκαμεν. alio uero sensu ἀπόῤῥησις usurpatum est ab Isaeo II. 29 τούτῳ δὲ λαγχάνει δίκην τῆς ἀποῤῥήσεως (abdicationis).

§. 32. ἀπελογεῖτο ὑμῖν καὶ μάρτυρας παρείχετο. ἀπολογεῖσθαι cum datiuo coniunctum est, ut a Platone Protag. 359 A ἀπολογείσθω ἡμῖν Πρωταγόρας. hoc num ex Demosthenis consuetudine factum sit, quae est penuria exemplorum similium, diudicari non potest: tantum dico prorsus simili loco (LVII. 12) ἀπολογεῖσθαι ἔν τισι dictum esse: uerba autem sunt haec: ἀπολογήσασθαι ἐν ἅπασι τοῖς δημόταις καὶ τούς οἰκείους μάρτυρας παρασχέσθαι.

§. 32. τοῦτο μὲν ὅτι .... εἶθ' ὅτι: τοῦτο μὲν — εἶτα[2])

---

1) nec συγγραφὴν γράφειν nec συγγραφὴν συγγράφειν, quae Gneistius, die formellen verträge, pag. 432, saepe apud Demosthenem inueniri ait, ego deprehendere potui. uoluit sine dubio optimus ille uir dicere συνθήκας γράφειν et συγγραφὴν συγγράφεσθαι ([XXXV.] 1).

2) cf. Sophocl. Philoct. 1345 τοῦτο μὲν ἐς χεῖρας ἐλθεῖν, εἶτα τὴν πολύστονον Τροίαν λαβεῖν, et Ant. 61 ἀλλ' ἐννοεῖν χρὴ τοῦτο μὲν γυναῖχ' ὅτι ἔφυμεν ... ἔπειτα δ' οὕνεκ' ἀρχόμεσθ' ἐκ κρεισσόνων.

apud Demosthenem alio loco non reperitur, nec tamen est, quod alius scriptoris manum nos deprehendisse gloriemur. id quod facile tibi persuaseris, si me de eius modi particulis enumeratiuis — si hoc uocaculum nouare licet — accuratius disputantem audieris. ita autem disputabo, ut ex orationibus Demosthenicis omnia quaecumque dedita opera hos libros perlustrans inuestigare potui exempla proponam, ex reliquorum uero oratorum libris quotquot mihi collectanea mea suppeditabunt locos adiungam [1]).

notissimum est in enumerandis rebus *πρῶτον μέν* uocabulis respondere non *εἶτα δέ* aut *ἔπειτα δέ*, sed *ἔπειτα* uel *εἶτα* particula aduersatiua omissa. cf. Rehd. ind. Demosth. II. pag. 253, Kuehneri art. II. §. 531. 1, pag. 813[2], Kruegeri art. I. 69. 24. 1. est autem:

I) *πρῶτον μὲν — εἶτα*[2]): II. 1, IIII. 16 (sequitur *πρὸς δὲ τούτοις*), XVI. 26, XVIII. 55 in decr. (sequ. *ἔτι δέ*), 105, 110, 176, 238, XVIIII. 32, 137, 141, 176, XX. 95, 127, 141 (sequ. *πρὸς δὲ τούτοις*), XXI. 79, 155, XXII. 39, 43, XXIII. 40, 67, 84 (sequ. *πρὸς δὲ τούτοις*), XXIIII. 9 (sequ. *πρὸς δὲ τούτοις*), 18, 19, 48, [XXXII.] 22, XXXVIII. 2, [XXXXV.] 1, [LVIII.] 5, 7, [epist.] 2. 14, 3. 12. Isae. III. 8, 66 (sequ. *πρὸς δὲ τούτοις*), V. 2. addenda sunt

1) non inutilem fore hanc a proposita oratione digressionem mihi persuasum est: non enim omnibus has res notas esse cognoui ex W. Rohrmanni dissertatione, qua quaeritur, oratio quae est contra Macartatum num Demosthenis esse iudicanda sit, Gottingae 1875, ubi pag. 52 haec: ‚deinde non est rectum quod dicit scriptor *πρῶτον μέν*, cum quae respondeat particula *δέ* frustra quaeras in eis quae secuntur. sed aut dicendum erat dempta particula *πρῶτον*, *ἔπειτα*, aut particulis additis *πρῶτον μὲν . . . ἔπειτα δὲ καὶ περὶ τῶν ἁπάντων*. eadem orationis inconstantia inhaeret paragrapho 36 [immo 35], qua legimus: *ἀναγίγνωσκε τὰς μαρτυρίας τὰς ὑπολοίπους, πρῶτον μὲν ὅτι — ἔπειτα τὰς ἄλλας . . .*‘

2) *πρῶτον μὲν — δεύτερον δέ*, quod ad enumerationem aptissimum uidetur, minus saepe apud Demosthenem est: cf. VIII. 43, [X.] 15, XVIIII. 4 (sequitur *τρίτον δέ, μετὰ ταῦτα*), XX. 43, 49, XXIII. 70, 71 (sequ. *τρίτον δέ*), XXIIII. 90 (sequ. *πρὸς δὲ τούτοις*), [XXVIIII.] 16 (sequ. *ἔτι δέ*), 33, XXXVI. 19 (sequ. *τρίτον δέ*), [XXXXVIIII.] 20, [epist.] 1. 5, 3. 31, cf. *ἓν μὲν πρῶτον — δεύτερον δέ* V. 13 et *πρῶτον μὲν — ὕστερον δέ* Hegesipp. de Halonn. [VII.] 1.

τὸ μὲν πρῶτον (primo) — εἶτα [XXXIII.] 15, LIIII. 8, LVII. 40. πρῶτον μὲν — εἶτα πάλιν XXIII. 145. πρῶτον μὲν — εἶτα — εἶτα XVIII. 79, 114, XVIIII. 72, 161, 174, 185, [XXVIIII.] 39, LVII. 62 (sequ. τὸ δὲ τελευταῖον). πρῶτον μὲν — εἶτα — εἶτα — εἶτα — εἶτα LVII. 68. πρῶτον μὲν — εἶτα — εἶτα — εἶτα — εἶτα — εἶτα — εἶτα LVII. 67. πρῶτον μὲν — εἶτα — ἔπειτα XVIII. 177 (sequ. μετὰ ταῦτα), 235.

II) πρῶτον μὲν — ἔπειτα IIII. 2, 34, VI. 3, VIIII. 9, 75, [X.] 31, 52, [XI.] 2, [XIII.] 6, XV. 8, XVIII. 1, 8, 18, 248, XVIIII. 44, XX. 93, 100, XXI. 7, 21 (sequ. μετὰ ταῦτα δέ), 38, 39, 43, 66, 128, 152, XXIII. 188, XXIIII. 33 in decr., 41, 68(sequ. πρὸς δὲ τούτοις), [XXV.] 86, XXVII. 8, XXVIII. 2 (sequ. ἔτι δέ), XXX. 9, [XXXIII.] 22, [XXXV.] 33, [XXXX.] 22, 24 (sequ. πρὸς δὲ τούτοις (25) et χωρὶς δὲ τούτων (26)), 30, 58 (sequ. ἔτι δέ), XXXXI. 6 (sequ. ἔτι δέ), 10, 13, [XXXXII.] 5 (sequ. μετὰ δὲ ταῦτα 6 et τέλος δέ 7), 11, 25, [XXXXIII.] 31, 35, [XXXXIIII.] 30, 35, [XXXXV.] 5, 27 (sequ. πρὸς δὲ τούτοις) [XXXXVII.] 34, 62, 69, [XXXXVIII.] 11, 15, [XXXXVIIII.] 33, 49, [L.] 39, [LII.] 4, 26, 33, [LIII.] 14 (sequ. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις), LIIII. 32, LV. 16, [LVIII.] 3 (sequ. πρὸς δὲ τούτοις), [LVIIII.] 89, 105, [LX.] 32, [prooem.] 1. 2, 30. 2, 34. 2, 36. 1. Aeschin. I. 9, 47, 50, 93, 125, II. 131, III. 69, 70, 88, 187, 203, Isae. I. 15, 31 (sequ. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις), IIII. 14, 15 (sequitur χωρὶς δὲ τούτων), VIIII. 14 (sequ. ἔτι δέ), 21 (sequ. ἔτι δέ), 30, X. 7, XII. 9 (sequ. πρὸς τούτοις τοίνυν), Isocr. III. 12, IIII. 30, 101, VIII. 15, 39, XVIII. 14 (sequ. ἔτι δέ), XX. 2, Lys. XII. 48, 95, XIII. 4 (sequ. καὶ δὴ καί), XVII. 8 (sequ. ἔτι δέ), XXX. 19 (sequ. ἔτι δέ), Lycurg. adu. Leocr. 19 (sequ. μετὰ δὲ ταῦτα) 55 (sequ. πρὸς δὲ τούτοις), Dinarch. I. 2, II. 16, Hyper. II. XIII. 68. addendae sunt coniunctiones haece: πρῶτον μὲν — ἔπειτα καί [XXXXII.] 8, 9, [XXXXV.] 44, Aeschin. I. 160, Isocr. XVIII. 8. πρῶτον μὲν — ἔπειτα μετὰ ταῦτα [XXXXIIII.] 14. πρῶτον μὲν — ἔπειτα δεύτερον — τρίτον δέ Aeschin. I. 7 bis. πρῶτον μὲν — ἔπειτα — ἔπειτα XXIIII. 134, 142, LVII. 20, Isae. VIIII. 36 (sequ. ἔτι δέ), Lys. XIII. 97 (cf. Froh-

berger ad h. l.), XXVI. 23. *πρῶτον μὲν — ἔπειτα — εἶτα* LVII. 19, Isae. III. 78. *πρῶτον μὲν — ἔπειτα — εἶτα — εἶτα* LVII. 43. *τὸ μὲν πρῶτον — ἔπειτα — τελευταῖον δέ* XXI. 84.

sed inueniuntur etiam [1]) quamuis raro *πρῶτον μὲν — ἔπειτα δέ* LV. 22, Lys. XXIII. 5, Isocr. XVII. 17. Hyper. II. IIII. 20. (cf. Isae. IIII. 26 *πρῶτον μὲν — ἔπειτα δὲ — ἔτι δὲ — πρὸς δὲ τούτοις — ἔτι δέ*, Isae. VIIII. 8 *πρῶτον μὲν — ἔπειτα δὲ — ἔπειτα*, Isocr. XVII. 40. *πρῶτον μὲν — ἔπειτα δὲ — ἔτι δέ*). *πρῶτον μὲν — ἔπειτα δὲ καί* XXII. 17, [XXXXII.] 1, Lys. XXIII. 4. *τὸ μὲν πρῶτον* (primo) — *ἔπειτα δέ* [XXXXVIII.] 6. *τὸ μὲν πρῶτον — ἔπειτα μέντοι καί* Lys. XVI. 20. *πρῶτον μὲν — εἶτα δέ* Isae. XII. 6. *πρῶτον μὲν — εἶτα δὲ — εἶτα δὲ — ἔπειτα δέ* Andocid. I. 50. *πρῶτον μὲν — εἶτα δὲ καί* XXXVIIII. 5.

quod si quaesieris, qui tandem factum sit, ut *δέ* in altero coniunctionum istarum membro plerumque omitteretur: *εἶτα* et *ἔπειτα*, quippe quae per se propter naturam demonstratiuam [2]) ad antecedentia quasi respiciant [3]), *δέ* particulam aspernantur. quo factum est, ut *εἶτα* [4]) sicuti Latinorum ‚deinde' sine particula copulatiua poneretur: I. 12, 13, V. 19, VIIII. 42, [X.] 1, 6, 21, 35, XIIII. 19, 22 (iteratur *εἶτα*), XVI. 6, XVIII. 15, 46, 48, 75 (quater *εἶτα*, semel *εἶτα πάλιν*), 101, 122, 233, 241, 265, 314, XVIIII. 28, 34 (sequitur *μετὰ ταῦτα δέ*), 122, 168, 181, 214, 314, XX. 163, XXII. 56, XXIII. 41, 78, 133, 174, XXIIII. 137, [XXV.] 27,

1) cf. Alberti Doberenzi obseruu. Demosthen., Lipsiae 1836, pag. 26 proxx., cuius uiri doctissimi diligentiam non fugit nisi [XXXXII.] 1.

2) *εἶτα* compositum est ex *εἰ* et *τα* (cf. Curtius, grundzüge der Griechischen etymologie 1875, pag. 323), quarum syllabarum altera cernitur in *κα—τά* (cf. Curtius l. cl. pag. 460) et ‚i—ta', prior mihi deriuanda uidetur a radice pronominis ‚is, ea, id'. *ἔπειτα* uero compositum est ex *ἐπί* et *εἶτα*, cf. Baeumleini lib. de particulis Graecis, Stuttgarti 1861, pag. 111.

3) cf. Rehd. ind. II. pag. 218.

4) non raro idem ualet quod ‚et': XVIII. 19, 98, 308, XVIIII. 98. 175, 245, XXII. 50, XXIIII. 94 (*εἶτα τότε*, Benseler *εἶτά ποτε*), 162, LV. 5, [prooem.] 2. 3 (*εἶτα τότε*).

XXXI. 12, XXXVI. 48 bis, XXXVIIII. 14, [XXXXV.] 11, 35, 60, 81, 86, [XXXXVII.] 69, [XXXXVIII.] 51, [LI.] 19, LV. 30, [LVI.] 8, 18, Isae. II. 45, XI. 18; εἶτα καί III. 11, XVIII. 59, 287, XVIIII. 30, 79, XX. 140, XXXVII. 24, εἶτα — πάλιν — εἶτα IIII. 37. sed κἄτα ‚ac deinde' I. 21.

innumerabilia denique exempla, ubi εἶτα particula nulla addita partim interrogationibus ad acerbam irrisionem inducendam, partim membris affirmatiuis ad indignabundam admirationem significandam [1]) praemissum est, enumerare uix opus est [2]): ibi enim minime quisquam particulam copulatiuam uel aduersatiuam requiret.

item ἔπειτα ‚deinde, tum' nulla particula adiuncta est: [X.] 51, XIIII. 21, XVIII. 209, XVIIII. 202, XX. 56, XXIIII. 129, [XXXV.] 9, [XXXXIIII.] 54, 63, [XXXXVII.] 24 (sequ. εἶτα), 52, [LI.] 17, LVII. 23, 35, [LVIIII.] 123, [epist.] 3. 14, Aesch. II. 110, III. 201, 225, 233 bis, 234, 251, Isae. I. 51, IIII. 29. ἔπειτα καί est XV. 21 (ubi καί omissum est et in cod. Σ et in Benseleri editione, recte ut uidetur), [XVII.] 8, [XXXXVIIII.] 50, [LVIIII.] 106, Isae. X. 3, ἔπειτα πρὸς τούτοις [XXXXVIIII.] 36, ἔπειτα μετὰ ταῦτα [LVIIII.] 19, ἔπειτα δέ XXIIII. 147.

iam iam quoniam in εἶτα et ἔπειτα uocabulorum natura caussam inesse uidimus, quam ob rem nulla particula nec copulatiua nec aduersatiua addatur, mirari non possumus,

1) cf. Kuehneri art. II. § 534. 6 pag. 821[2].

2) a) in membro affirmatiuo est: II. 30, VIII. 12, 35, 68, XVIII. 28, 318, XVIIII. 175, 290, 313, XXXVI. 49. eodem modo ἔπειτα usurpatum est XVIII. 122.

b) in membro interrogatiuo (cf. Kuehneri art. II. § 587. 15, pag. 1027[2], Kruegeri art. I. 69. 24. 2) ut exempla ab Rehdantzio allata praetermittam, est: XIIII. 36, XV. 23, XVIII. 22, 283, 297, XVIIII. 250, XX. 46, 54, 60, 83, XXI. 97, 134, 172, 203, 204, 222, 226, XXII. 64, XXIII. 61, 174, XXIIII. 99, 130, 137, 170, [XXV.] 27, 63, 84, XXXVI. 31, XXXVII. 60, XXXVIII. 12, [XXXXIIII.] 54, [XXXXV.] 65, 70, 80, [LII.] 26, LIIII. 20 (iteratur εἶτα), LV. 28, LVII. 53, 55, [LVIIII.] 108. Isae. III. 49, 50, 65, XII. 8. quamquam κἄτα eandem in sententiam usurpatum est (cf. Baeumlein. l. cl. pag. 113) XXII. 70, = XXIIII. 178, [XXXXVIIII.] 64. ἔπειτα multo minus saepe eius modi interrogationes inducit: [XXXV.] 45, [XXXXII.] 30, Aeschin. I. 163, 168, II. 162 bis, 163, Isae. III. 48, 49.

si aliis etiam in coniunctionibus *μέν* particulam nudum *εἶτα* siue *ἔπειτα* subsequitur, ut est:

μάλιστα μὲν — εἶτα καί XX. 1, XXIII. 114, [epist.] II. 15. — at *μάλιστά γε — εἶτα καί*, ut tamen uerbum inter particulas istas nullum sit·[XXXII.] 8. cf. *μάλιστα μὲν — εἶτα μέντοι* XVIII. 153.

μάλιστα μὲν — ἔπειτα XVIII. 267, [LXI.] 4. — at *μάλιστα μὲν — ἔπειτα δὲ καί* XXIII. 7, [LVIII.] 126, Andocid. I. 2. cf. *ἴσως μὲν — εἶτα δέ* [XXXXVI.] 17. *τὸ μὲν ὅλον — ἔπειτα μέντοι* [XXXXIII.] 19.

μέχρι μὲν τούτου — ἔπειτα, quod proxime ad *τοῦτο μὲν — εἶτα* adcedit, XXIII. 146[1]). — at *μέχρι τούτου — ἔπειτα δέ* Andocid. I. 69.

deinde ad analogiam particularum *εἶτα* et *ἔπειτα* etiam *μετὰ ταῦτα* et *πάλιν* omissa particula *δέ* uocabulis *πρῶτον μέν* respondent. cf. *πρῶτον μὲν — μετὰ ταῦτα* XXIII. 18, at *πρῶτον μὲν — μετὰ ταῦτα δέ*[2]) XIII. 23 (sequ. *εἶτα*), XXIII. 25, XXXVII 29, et *πρῶτον μὲν — μετὰ δὲ ταῦτα* XXVII. 12, XXXXI. 28. Isae. XI. 40, Isocr. III. 140, et *πρῶτον μὲν — μετὰ δὲ ταῦτα καί* XXI. 8, et *τὸ μὲν πρῶτον — μετὰ ταῦτα δέ* (sequ. *τελευτῶντος δέ*) XVIII. 156. (cf. *τὸ μὲν πρῶτον — τελευτῶντος δέ* LIII. 5).

πρῶτον μὲν — πάλιν XXIII. 47, 202, [XXXXVIII.] 40, Aeschin. I. 157, III. 20. cf. *πρῶτος μὲν — πάλιν* Aeschin. III. 138. *πρῶτον μὲν — πάλιν τοίνυν* V. 6.

denique quoniam longius, quam par erat, progressi sumus, addamus inter se respondere

πρῶτον — εἶτα I. 21, III. 33, XXI. 130, XXIII. 39.

πρῶτον — ἔπειτα[3]) [XXXV.] 9, [XXXXII.] 23, [XXXXVIII.] 33, [LII.] 4, Isae. III. 53.

τὸ πρῶτον — μετὰ ταῦτα — πάλιν — αὖθις — εἶτα Dem. I. 12.

τὸ πρῶτον — πάλιν XXXIII. 178.

iam uero eo, unde digressi sumus, reuertamur:

---

1) singularis est structura in epistula [Philippi] XII. 22 *τότε μὲν — κἄτα*.

2) cf. Doberenzius l. cl. pag. 27.

3) cf. Baeumlein. l. cl. pag. 114.

§. 33. *ἀπάραντος ἐπὶ τηλικαύτην συμφοράν* [1]): structura durissima est. nam *ἐπί* cum accusatiuo coniunctum apud Demosthenem et proprio et translato sensu directionem, quo quis se uel hostili uel pacato animo conuertat, ita significat, ut quasi consilium quoddam perspiciatur et finis actionis respiciatur. cf. Rehd. ind. Dem. II. s. u. *ἐπί A* ‚*ἐπί* mit dem accusativ: auf hin (los), wobei man sich des zieles zu versichern pflegt.' *ἀπαίρειν ἐπὶ τὴν συμφοράν* h. l. dictum est, quasi *συμφορά* locus calamitatis sit, ueluti IIII. 18 est *μηδενὸς ὄντος ἐμποδὼν πλεῖν ἐπὶ τὴν ἐκείνου χώραν ὑμῖν.* antea §. 20. scriptor orationis rectius dixit *ἀποδημήσαντος διὰ τὴν συμφοράν.*

παρανόμως aduerbium [2]) admodum rarum est: neque enim apud Demosthenem exstat nisi XXII. 24. cf. Aeschin. III. 32.

34. *πρὶν ἢ τὴν ἀπόφασιν γενέσθαι: πρὶν ἤ* aeque atque [XXXV.] 3 codices praebent. *πρὶν ἤ* nec poetis Atticis nec ueteribus prosae orationis scriptoribus Atticis tribuendum esse uiri docti consentiunt, cf. Elmsleius ad Eur. Med. 179, Reisigius ad Soph. O. C. pag. 180, Poppo ad Thucyd. V. 61. 1, Dindorf. ad Aristophan. comm. tom. VI. pag. 604. uerum recentioresne oratores Attici *πρὶν ἤ* particula usi sint necne, magna dissensio est. Dindorfius enim in praefatione ed. Dem. Lips. I. pag. IIII. et in praef. ad Isocr. pag. 5, quem sequitur Stallbaumius ad Platonis ciu. pag. 501 A, praefracte negat, Maetzner autem ad Lycurg. Leocr. 128 confidenter affirmat, et Godofredus Hermannus, quippe qui opp. III. pag. 320 discrimen inter *πρίν* et *πρὶν ἤ* esse diceret, eiusdem sententiae uidetur fuisse. Herodoto denique et recentioribus scriptoribus sine controuersia *πρὶν ἤ* concedendum est, cf. Poppo l. cl. et Vigerus pag. 442 ed. Herm. quis tamen primus *πρὶν ἤ* post Atticorum scriptorum memoriam scripsisse utique iudicandus esset, inuestigare non potui. nec hoc sciri multum refert: etenim siue iam Demosthenis

1) ‚ut tantam calamitatem uiseret'.

2) adiectiuum *παράνομος* est XXIII. 19, 22, 23, 36, 61, 81, 96, 101, 220.

aetate *πρὶν ἤ* dicebatur siue non dicebatur, nihil adiuuamur in ea quam nos nobis proposuimus quaestione diudicanda, num Demosthenis sit oratio XXXIII. nam quis tandem spondebit *ἤ* ab orationis scriptore profectum esse, cum Thucydidis in libris *ἤ* post *πρίν* ab librariis temere additum esse nouerimus?

§. 38. *ἄνευ τῆς τούτου γνώμης ἀπολώλασιν αἱ συνθῆκαι*: uerba *ἄνευ τῆς τούτου γνώμης* (inuito isto) simile quid, quod sciam, non habent[1]): quae eis contraria sunt *μετὰ τῆς γρώμης τινὸς* sunt [Dem.] XXV. 10 *μετὰ τῆς ὑμετέρας γνώμης οὗτοι ταῦτα ποιοῦσιν*, et Isae. II. 8 *ἐκδοῦναι ἄλλῳ αὐτὴν μετὰ τῆς γνώμης τῆς ἑαυτοῦ*.

Haec de uerbis uerborumque structura exposuisse satis habeo. etiam si concedendum est non nullas earum rerum, quas notaui, leuiores esse, tamen et articulus nimis saepe nominibus propriis additus, et ea, quae §§. 4. 5. 13. 17. 21. 29. 30. 33 scripta sunt, a Demosthenis genere tam aliena mihi uidentur esse, ut uel propter haec orationem XXXIII alii scriptori tribuendam esse censeam. sed reliqua quoque uideamus. antea autem quam ad alteram de elocutione particulam transeam, facere non possum quin moneam miram quandam similitudinem intercedere inter nostrae orationis paragraphum 36 et Demosthenis orationis XXVIII. paragraphum 5:

[XXXIII.] 36. *τούτου ἕνεκα σημηνάμενοι τίθενται παρ' οἷς ἂν πιστεύσωσιν, ἵν' ἐάν τι ἀντιλέγωσιν, ᾖ αὐτοῖς ἐπανελθοῦσιν ἐπὶ τὰ γράμματα ἐντεῦθεν τὸν ἔλεγχον ποιήσασθαι περὶ τοῦ ἀμφισβητουμένου.*	XXVIII. 5. *ἀλλ' ἐχρῆν . . εἰσκαλέσαντας μάρτυρας πολλοὺς παρασημήνασθαι κελεῦσαι τὰς διαθήκας, ἵν' εἴ τι ἐγίγνετο ἀμφισβητήσιμον, ἦν εἰς τὰ γράμματα ταῦτα ἐπανελθεῖν καὶ τὴν ἀλήθειαν πάντων εὑρεῖν.*

quam ob rem hanc orationem cum Demosthenis orationibus tutelaribus diligentissime contuli, sed nisi singula uerba

1) diuersum est, quod est Sophocl. O. C. 664 *κἄνευ τῆς ἐμῆς γνώμης*.

spectas, nulla praeterea similitudo cernitur, ut ueri similius mihi uideatur ex uno eodemque fonte duos illos locos manauisse, quam scriptorem orationis XXXIII sententiam suam ex Demosthenis oratione hausisse.

iam uero ad alteram de elocutione particulam transeamus et

DE ORNATV

dicamus. oratio XXXIII, quamquam non plane horrida est, tamen multo languidior et lentior mihi uidetur esse, quam quae Demostheni tribui possit. frustra enim quaerimus summi illius Graecorum oratoris uim et copiam, quam priuatae etiam eius orationes, quamuis in mediocri genere uersentur, tamen mirum in modum praeferunt.

ac primum quidem scriptor orationis XXXIII uerbis inops est, ut etiam ibi, ubi uariare haud difficile erat, easdem phrases in tam breui oratione aut repetere aut ter etiam ponere non dubitauerit. cf. 2. *ἀδίκως ἐγκαλοῦντας καὶ . συκοφαντοῦντας*, 3. *ἐγκαλοῦντος τὰ ψευδῆ καὶ παρὰ τοὺς νόμους δικαζομένου*, 4. *παρὰ τοὺς νόμους εἴληχέ μοι τὴν δίκην καὶ τὰ ψευδῆ ἐγκέκληκεν*, 35. *τὰ ψευδῆ μοι ἐγκέκληκε καὶ παρὰ τοὺς νόμους τὴν λῆξιν πεποίηται* — 3. *ὁ τὸν ἀγῶνα τουτονὶ κατεσκευακώς*, 18. *ὁ ταῦτα κατασκευάζων* — 9. *τὴν ναῦν ἐξορμίσαι — τὴν ναῦν ἐξορμίζειν*, 24. *ἐξώρμιζε τὴν ναῦν* — 13. *ἐνεστηκυίας δὲ τῆς δίκης*, 15. *ἐνεστηκυιῶν δ' αὐτοῖς τῶν δικῶν* — 15. *συνέθεντο — συνθέμενοι δὲ ταῦτα* — 15. *ἐτίθεντο — θέσθαι — τίθενται* — 17. *ἦλθεν ἐπὶ τὸ ἀμφισβητεῖν*, 29. *ἐπὶ ᾗ ἀς συνθήκας ἴεναι — ἐπὶ τὸ ἀρνεῖσθαι ἦλθον*. quid quod totae paragraphi tam inter se similes sunt, ut scriptor, cum alteram scriberet, alteram ante oculos habuisse uideatur?

14. *ἐντεῦθεν τοίνυν τὸ μὲν τῆς ἐπιτροπῆς ἐλέλυτο ἠφανισμένων τῶν συνθηκῶν καὶ τῶν διαιτητῶν ἀντιλεγομένων. ἐπιχειροῦντες δὲ γράφειν ἑτέρας συνθήκας περὶ τούτων διηνέ-*

30. *ἐπειδὴ ἠφανίσθησαν αἱ συνθῆκαι ὑπὸ τούτων, ἐζήτουν ἑτέρας γράφεσθαι οὗτος καὶ ὁ Παρμένων ὡς ἀκύρων ὄντων τῶν πρότερον ὡμολογημένων...πῶς ἐνῆν μὴ γραφεισῶν συνθηκῶν*

χθησαν οὗτος μὲν ἀξιῶν τὸν Ἀριστοκλέα, ὁ δὲ Παρμένων τοὺς τρεῖς, οἱσπερ καὶ ἐξ ἀρχῆς ἡ ἐπιτροπὴ ἐγένετο. οὐ γραφεισῶν δ' ἑτέρων συνθηκῶν, τῶν δ' ἐξ ἀρχῆς ἀφανισθεισῶν εἰς τοῦτ' ἦλθεν ἀναιδείας ὁ ἠφανικὼς τὰς συνθήκας, ὥστε εἰς ὢν ἀποφανεῖσθαι ἔφη τὴν δίαιταν. παρακαλέσας δ' ὁ Παρμένων μάρτυρας ἀπεῖπε τῷ Ἀριστοκλεῖ μὴ ἀποφαίνεσθαι παρὰ τὰς συνθήκας καθ' αὑτοῦ ἄνευ τῶν συνδιαιτητῶν.

20. ὅτε ὁ σεισμὸς ἐγένετο ὁ περὶ Χερρόνησον συμπεσούσης αὐτῷ τῆς οἰκίας ἀπώλοντο ἡ γυνὴ καὶ οἱ παῖδες ..... διαμαρτυραμένου τοῦ ἀνθρώπου ἐναντίον μαρτύρων μὴ ἀποφαίνεσθαι καθ' αὑτοῦ ἄνευ συνδιαιτητῶν, ἀποδημήσαντος τοῦ ἀνθρώπου διὰ τὴν συμφορὰν ἐρήμην κατ' αὐτοῦ ἀπεφήνατο τὴν δίαιταν.

ἑτέρων ἢ δίαιταν γενέσθαι ἢ ἐγγύην; περὶ αὐτοῦ γὰρ τούτου διενεχθέντες οὐκ ἔγραψαν ἕτερα γράμματα ὁ μὲν ἀξιῶν ἕνα διαιτητὴν αὐτῷ εἶναι ὁ δὲ τρεῖς· ὁπότε δ' αἱ μὲν ἐξ ἀρχῆς συνθῆκαι ἠφανίσθησαν . . . ἑτέραι δὲ μὴ ἐγράφησαν, πῶς ὀρθῶς κτλ. 31. ἀλλὰ μὴν καὶ ὡς ἀπηγόρευεν ὁ Παρμένων τῷ Ἀριστοκλεῖ καθ' αὑτοῦ μὴ γιγνώσκειν ἄνευ τῶν συνδιαιτητῶν μεμαρτύρηται ὑμῖν.

33. εἶθ' ὅτι ἀπεῖπεν αὐτῷ ἄνευ τῶν συνδιαιτητῶν καθ' αὑτοῦ μὴ ἀποφαίνεσθαι καὶ ὅτι ἀπολομένης αὐτῷ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν παίδων ὑπὸ τοῦ σεισμοῦ καὶ ἐπὶ τηλικαύτην συμφορὰν ἀπάραντος οἰκάδε ὁ τὰς συνθήκας ἠφανικὼς ἐρήμην αὐτοῦ ἐν τῇ ἀποδημίᾳ κατέγνω τὴν δίαιταν.

huc adde quod ferme eisdem uerbis testimonia et leges recitandae inducuntur [1]):

18. καὶ ὡς ἐσκήψατο ἀπολωλέναι ὁ Ἀ., ἀκούσατε τῶν μαρτυριῶν.
19. καὶ ὧν ἐναντίον ἀπεῖπεν, — τῆς μαρτυρίας.

1) de ‚formulis quibus orator scribam publicum ut legenda afferat legatque, admonet', exposuit Doberenzius in programmate Hildburghusensi a. 1844, pag. 27 proxx.

8. 9. 15. *καὶ ὡς ἀληθῆ λέγω, ἀκούσατε τῶν μαρτυριῶν.*
13. — — — — *λαβέ μοι τὴν μαρτυρίαν.*
26. *ὅτι δ' ἐπεδήμει, ὅτε αἱ δίκαι ἦσαν,* — — — — .
27. *λαβὲ δή μοι καὶ τὸν νόμον, ὃς κελεύει κτέ.*

huc porro referendum est, quod orationis XXXIII scriptor bis in tam paucis uersibus §§. 13 & 20 post recitatum testimonium simplicissima illa transitionis formula *μετὰ ταῦτα τοίνυν* usus est, quae perraro a Demosthene usurpata est: XVIII. 215, XXIII. 169, XXX. 17, [XXXIII.] 10, [XXXX.] 16, [L.] 38, [LVIII.] 26, 29.

denique hoc loco disserendum mihi uidetur de uerborum cognominatorum [1]) usu. Demosthenes in orationibus priuatis posterioribus, quas solas hanc in partem cum oratione XXXIII, quam non ante annum 339 scriptam esse constat, conferri posse nemo non uidet, tribus potissimum generibus uerborum cognominatorum uti solitus est:

a) et actoris probitatem ac modestiam et aduersari inprobitatem inpudentiamque pluribus uerbis significat: *καλῷ καὶ δικαίῳ* LVII. 58, *κάλλιον καὶ δικαιότερον* XXXVI. 42, *δικαίως καὶ προσηκόντως* LVII. 69, *χρηστὸς καὶ δίκαιος* XXXVI. 42, *ἀπειρίαν καὶ ἄγνοιαν* XXXVIII. 6, *δικαίως καὶ ἀναγκαίως* XXXVIII. 6, *τἀληθῆ καὶ τὰ δίκαια* XXXVII. 47, LVII. 1, *μέτρια καὶ δίκαια* XXXVII. 3, cl. XXXVIII 1, *δίκαια καὶ εὔορκα* XXXVI. 6, *ἀπράγμονες καὶ μέτριοι* LIII. 24, *τὸ ἁπλούστατον καὶ δικαιότατον* LVII. 46, *ἰσχυρὰ καὶ βέβαια* XXXVI. 2. — *αἰσχρῶς καὶ κακῶς* XXXVI. 39, XXXVIII. 27, *κακῶν καὶ αἰσχρῶν* LIII. 34, *ἀδίκως καὶ πλεονεκτικῶς* LVII. 5, *οὐδὲν ἁπλοῦν οὐδ' ὑγιές* XXXVII. 12, *οὔτε δίκαιον οὔτ' ἐπιεικῆ* XXXVIII. 6, *οὔτε προσηκούσας οὔτε δικαίας* LVII. 1, *δεινὰς καὶ χαλεπάς* LIII. 38, *τοῦ τελευταίου καὶ δεινοτάτου* LIII. 19, *ἀκαθάρτῳ καὶ μιαρῷ* XXXVII. 48, *θρασεῖς καὶ προπετεῖς* LIII. 42, *ἀναισχύντους καὶ πονηρούς* LIII. 42, *κακίαν καὶ πονηρίαν* XXXVII. 56, *ἀσελγείας καὶ ὕβρεως* LIII.

1) cf. Cic. partit. orat. 15. 53.
de uerbis cognominatis disseruere Blassius l. cl. pag. 93, Doberenzius l. cl. exc. II & III, Siggius l. cl. pag. 418 proxx., Rehdantzius ind. I. s. u. ‚erweiterung' 2, pag. 166 proxx.

4, 13, *ὕβρει καὶ ἐπηρείᾳ* XXXVIII. 31, *ἀναισχυντία καὶ τόλμα* XXXVIII. 5 cl. LIIII. 37, LVII. 6, *οὔτ' ἀναιδεστέραν οὔτε συκοφαντικωτέραν* XXXVII. 3, *πλάσμα καὶ σκευώρημα* XXXVI. 33, *λόγον καὶ συκοφαντίας* XXXVI. 60, *πλάττουσι καὶ παράγουσι* XXXVIII. 9, *βλασφημίας λέγῃ καὶ κακολογῇ* XXXVI. 61, *ἔχθρας καὶ βλασφημίας* XXXVIII. 11, *τὰς λοιδορίας καὶ αἰτίας* LVII. 17, *λοιδορηθέντος καὶ κακίσαντος* LIIII. 5, *ἡ ἔχθρα καὶ τὰ προσκρούσματα* LIIII. 3, *ὀργὴ καὶ ἔχθρα* LIIII. 6, *ὑβρισθεὶς καὶ παθὼν τοιαῦτα* LIIII. 1, *ἠδικῆσθαι καὶ παρανενομῆσθαι* LIIII. 2, *μήτε φοβεῖσθαι μήτ' αἰσχύνεσθαι* LIIII. 23, cl. XXXVII. 58, *ἐχθρὸν καὶ διάφορον* XXXVII. 15 cf. *συνήθως ἔχων καὶ γνώριμος ὤν* XXXVII. 26, *τῶν οἰκείων καὶ φίλων* LIIII. 1.

b) notiones precandi postulandi lacrimandi clamandi duplicantur: *δεῖται καὶ ἱκετεύει καὶ ἀξιοῖ* XXXVI. 57 cl. XXXVII. 14, *δέομαι καὶ ἱκετεύω καὶ ἀντιβολῶ* LVII. 1, *ἱκετεύω καὶ ἀντιβολῶ* LVII. 70, *ἀξιῶ καὶ δέομαι* LIIII. 2, *δεήσεται καὶ κλαιήσει* LIIII. 43, *δακρύειν καὶ ἐλεεινοὺς αὑτοὺς ποιεῖν* XXXVIII. 27, *δακρύειν καὶ κλαίειν* XXXVIII. 27, *κλαιήσειν καὶ ὀδυρεῖσθαι* XXXVII. 48, *κλαίῃ καὶ ὀδύρηται* XXXVIII. 35, *κραυγὴ καὶ θόρυβος* LIIII. 5, *κραυγὴ καὶ βοή* LIIII. 9 & 20. adde *βοηθεῖν καὶ δίκαια ἀποδοῦναι* LIIII. 42, *βοηθεῖν καὶ σώζειν* LVII. 3.

c) uerba sentiendi et declarandi duplicantur [1]), quod quidem genus in orationibus priuatis rarius est quam in orationibus publicis: *λέγειν καὶ διδάσκειν ὑμᾶς* XXXVI. 1, *λέγειν καὶ ἐπιδεικνύναι σημεῖα* XXXVI. 12, *οὔτ' εἶπεν οὔτ' ἠτιάσατο* et *οὐ κατηγόρησεν οὐδ' ἠτιάσατο* LVII. 26, *εἰδότες καὶ μεμαθηκότες* XXXVI. 1, *ἀκοῦσαι καὶ μαθεῖν* XXXVI. 4, *γιγνώσκειν καὶ συνιέναι* XXXVII. 34, *οὐ λέληθα ἐμαυτὸν οὐδ' ἀγνοῶ* XXXVII. 55, *σκοπῶν καὶ θεωρῶν* XXXVIII. 11.

etiam in oratione XXXIII uerba cognominata con-

---

1) non curo eos locos, quibus suum quodque uerbum obiectum habet: qualis est XXXIII. 16: *ἐπειδὴ γὰρ ᾔσθετο ὁμογνωίμονας ὄντας ἐμὲ καὶ τὸν Φάωριτον καὶ ἔγνω καταδιαιτήσοντας ἡμᾶς ἑαυτοῦ.*

iuncta sunt, sed nec multa [1]) sunt (2. 3. 4. 11. 12. 24. 35. 37), nec praeter *ἀδίκως ἐγκαλεῖν καὶ συκοφαντεῖν* 2, *ἀδικεῖν καὶ συκοφαντεῖν* 37, *ἐγκαλεῖν τὰ ψευδῆ καὶ παρὰ τοὺς νόμους δικάζεσθαι* 3 cl. 4, 35, in tribus illis generibus numerari queunt.

transeo nunc ad reliquum ornatum, quo oratio XXXIII non abundat. primum quidem animaduerti similiter desinentia (*ὁμοιοτέλευτα*): 1. *καταγνωσθῇ ἀδικῇ εἰκῇ*, 2. *ἐγκαλοῦντας καὶ συκοφαντοῦντας*, 3. *ἐπιβεβουλευκὼς καὶ κατεσκευακώς*, quarum tamen figurarum secunda sola ab scriptore quaesita mihi uidetur. eadem figura, quam ut nimis artificiosam a Demosthene uitatam esse Rehdantzius ind. I. s. u. *ὁμοιοτέλευτον* recte dicit, multo magis perspicua est in or. XXXVII. 53 *ἀγνοῶ φιλῶ ἀποστερῶ συκοφαντῶ*. cf. XXXVII. 30 *κελεύοντος ἱκετεύοντος* LVII. 2 *ἀγωνιεῖσθαι φοβεῖσθαι*.

deinde in oratione XXXIII repetitio (*ἀναφορά* siue *ἐπαναφορά*) est §. 12 *πάντα δὲ ποιήσας καὶ εἰς πᾶσαν ἀπέχθειαν αὐτῷ ἐλθών*. sed tamen haec figura propter particulam *καί* ui caret. Demosthenes uero quamuis caute tamen paene in una quaque oratione priuata illud lumen orationis adhibuit itaque adhibuit, ut acerrima grauissima uehementissima fieret oratio [2]): cf. XXXVI. 23 *γεγενημένου μὲν — γεγενημένης δέ*, 53 *οὐχὶ — οὐχὶ — οὐκ — οὐκ — οὐκ — οὐκ*, XXXVII. 44 *φυγὼν μὲν — φυγὼν δέ*, ib. *οὗτός ἐστιν — οὗτός ἐστιν*, 55. *τοιοῦτος — τοιοῦτος*, XXXVIII. 34 *παῦσαι μὲν — παῦσαι δέ*, XXXXI. 22 *ἐνῆσαν μὲν — ἐνῆσαν δέ*,

---

1) *ἀπαλλάττειν καὶ ἀφιέναι* 12 cl. 3 non sunt in uerborum cognominatorum artificiose quaesitorum numero habenda, sed iuris mercatorii ex consuetudine usurpata sunt, uti XXXVI. 25, 26 bis, XXXVII. 1 bis, 16, 17, 19, XXXVIII. 1. cf. Bekk. anecdot. I. pag. 469. 15: *ἀφεὶς καὶ ἀπαλλάξας· τὸ μὲν ἀφεὶς ἐστιν, ὅταν ἀπολύσῃ τις τῶν ἐγκλημάτων ὧν ἐνεκάλει αὐτῷ· τὸ δ' ἀπαλλάξας, ὅταν πείσῃ τὸν ἐγκαλοῦντα ἀποστῆναι καὶ μηκέτι ἐγκαλεῖν· οὕτω Δημοσθένης καὶ Ἰσαῖος.*

2) Aquila Rom. c. 34 haec: ‚hac figura' inquit, uel frequentissime Demosthenes et M. Tullius utuntur, quando praecipue et ipsi commoti uideri uolunt et iudicem commouere'.

LIIII. 28 *τότ' ἄν — τότ' ἄν*, LV. 20 *ἔβλαψε μέν — ἔβλαψε δέ* LVII. 28 *οὐκ — οὐκ — οὐκ*, 46. *ὡς — ὡς — ὡς*. cf. Siggius l. cl. Rehdantzius ind. I. s. u., Frohberger in nouu. annal. philolog. et paedagog. uol. 82, a. 1860, pag. 421 adn. 12.

tum in oratione XXXIII duae insunt subiectiones (*ὑποφοραί*) [1]) §§. 25 et 37, quarum utraque uocabulis *ἀλλὰ νὴ Δία* inducitur, quales subiectiones XXXVI. 39 et LIIII. 34 et uerborum collocatione mutata (*νὴ Δία ἀλλά*) XXXVIIII. 31 habes.

frequentissimae denique in oratione XXXIII sunt interrogationes (§§. 23. 25. 28. 29. 30. 31. 34. 36. 37. 38), in qua figura singularis quaedam Demosthenis ars cernitur. sed tamen ipse Blassius, qui orationis illius genus fortasse nimis laudauit, non potest non concedere fere nusquam in ea inesse grauitatem illam uel contentionem, quam *ἐνάργειαν* Graeci dicant. quod qui factum sit, hoc potissimum in genere figurarum demonstrare licet. primum quidem interrogationibus numquam subiciuntur responsiones, quibus in Demosthenis orationibus alacritas mirum quantum augetur, quales sunt: *οὐδ' εἷς δήπου* XXXVI. 19, *μηδεμίαν δήπου* XXXVI. 25, *οὐδεὶς δήπου* XXXVIIII. 40, *μηδαμῶς* XXXVII. 50, 56, XXXVIII. 22, XXXVIIII. 36, *οὐδαμοῦ* LVII. 55, *οὐκ ἔστι ταῦτα* LVII. 53, *ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι* LIIII. 22, *οὐκ οἶμαί γε* LIIII. 20, *ἐγὼ μὲν οὐκ οἶομαι* XXXVII. 38, XXXVIII. 12, *ἐγὼ μὲν οὐδὲν οἶμαι* LVII. 36, *ἐγὼ μὲν οὐδὲν' ἂν οἶομαι* XXXVIIII. 24, *ἐγὼ μὲν οἶμαι μή* LIIII. 43. deinde paruolae illae interrogatiunculae desunt, quae non minus alacrem orationem reddunt: *τί δέ*; XXXVIIII. 9, 12, 15 bis, 16, 18, *τί γάρ;* XXXVI. 53, *πῶς γάρ;* XXXVII. 26, XXXVIII. 24, *τί γὰρ ἂν ἢ διὰ τί;* LIIII. 33, *τί οὖν ἔστι τοῦτο* XXXVII. 24, *τίνος γὰρ ἕνεκα...*; *ἵνα* XXXVII. 27, *αὗται δ' εἰσὶ τίνες;* XXXVII. 29, *ὑπὸ τοῦ ταῦτα*; XXXVII. 50, *πῶς οὖν εἰσέπραξε*; XXXVIII. 11, *τίσι δὲ μεγίστην;* XXXVIII. 25, *ἔστι δ'*

1) de subiectione cf. Rehd. ind. I. s. u. *ὑποφορά*. Blass. pag. 150 proxx. docuerunt autem hi uiri docti subiectionibus Demosthenem saepissime esse usum.

οὗτος τίς; XXXVIIII. 29, *τί τούτου σημεῖον*; XXXVIIII. 35, *τῷ τοῦτο δῆλον*; LVII. 61, *τί ποιεῖ;* LVII. 8, *τί δίκαιον νομίζω*; LVII. 17, *τί δεῖ λέγειν* LVII. 33.

quoniam de ui Demosthenis loquimur, addere mihi liceat in XXXIII oratione uehementer desiderari etiam uerba illa, quibus orator, quae dicat, suo quidem ipsius iudicio uerissima esse declarat, ut iudices sibi assentiri paene cogat: qualia quidem sunt: *οἶμαι* interiectum (*παρένθετον*) XXXVI. 12, 44, 54, XXXVII. 24, 26, 47, 56, LIIII. 19, 38, LVII. 46, 53, *οἶδ' ὅτι* XXXVII. 2, 8, *εὖ οἶδ' ὅτι* XXXVI. 3, 31 bis, LIIII. 2, *ὡς ἐγὼ νομίζω* LIIII. 34, *οὐδὲ πολλοῦ δεῖ* LIIII. 40[1]).

lentius autem et frigidius esse genus orationis XXXIII multo etiam facilius tibi persuadebis, cum figuras, quibus fere nulla orationum priuatarum posteriorum Demosthenis careat, in illa desiderari audieris.

ut a figuris sententiarum exordiar, nulla fere apud Demosthenem frequentior est quam auersus a iudice sermo, quam *ἀποστροφὴν* Graeci nominauerunt. est enim haec figura: XXXVI. 19, 20, 22, 30—32, 39, 43—48, 49, XXXVII. 26, 30, 31, 36, 49, 50, 54, 55, 57, XXXVIII. 16, 18, 23, 24, 27, XXXXVIIII. 7—10, 21, 28, 30—31, 32—33, 34—36, LIIII. 40, LVII. 31, 32[2]). at in oratione XXXIII ne unum quidem exemplum reperies. id quod summo opere mirandum est, praesertim cum hac potissimum figura nimiam pronominum adundantiam, qua interdum oratio laborat — cf. 28. *τούτῳ τούτῳ ὑπὲρ ἐκείνου τούτῳ ἐκείνου τοῦτον* — euitare scriptor potuerit.

frequentissima porro, ut ad uerborum figuras transgrediar, dissolutio est siue coaceruatio dissoluta, quod *ἀσύνδετον* grammatici nominare consueuere. haec enim figura, qua summa orationis grauitas efficitur, a Demosthene usurpata est: XXXVI. 47 *ἄγεις εἰς μέσον, δεικνύεις, ἐλέγχεις*, et *ἐλαύνεις, διώκεις, συκοφαντεῖς*, 52 *οὐχὶ*

1) cf. pag. 76. *ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι* cet.

2) Siggius pag. 420 non satis accurate exempla collegit: nam et multa quae sunt in oratione XXXVI exempla praetermisit, et LVII. 66 laudauit, qua in paragrapho apostrophen frustra quaeres.

— *οὐχὶ* — *οὐκ* — *οὐκ* — *οὐκ* — *οὐκ*, XXXVII. 14 *ἱκέτευεν*, *ἐδεῖτο*, *ἠντιβόλει*, 52 *συκοφαντοῦντος οὐκ ἀδικουμένου*, XXXVIIII. 4 *εἰσήγαγεν*, *ἐποιήσατο*, *ἐγγράφει*, 14 *γραφαὶ*, *φάσεις*, *ἐνδείξεις*, *ἀπαγωγαί*, 34 *ἐπιβουλεύῃς δικάζῃ φθονῇς βλασφημῇς*, LIIII. 7 *Κόνων οὑτοσὶ*, *Θεότιμός τις κτλ.*, 30 *τὴν ὥραν*, *ὧν ἕνεκα*, *τοὺς χρόνους*, LVII. 24 *φράτορσι*, *συγγενέσι*, *δημόταις*, *γεννήταις*, 29 *οὐκ ἀπεῖπεν*, *οὐκ ἐκώλυσεν*, *οὐ δίκην ἔλαχεν*, 54 *ἦγον εἰς τοὺς φράτορας*, *εἰς Ἀπόλλωνος ἦγον*, 56 *μαρτυροῦντας*, *ὀμνύοντας*. in oratione autem XXXIII dissolutionem frustra quaeres.

haec pauca de ornatu orationis aduersus Apaturium habitae disputauisse satis habeo. existimo uero uel ea idonea esse, quae tibi demonstrent, quantum genus illius orationis a Demosthene summo Graecorum oratore distet. ac ne plura requiras, eius modi in quaestionibus non omnia legibus circumscribi possunt, sed consulendae sunt aures Demosthenis orationibus lectitandis exercitatae et intellegens iudicium est adhibendum. hanc quoque in partem non minimum ualere mihi uidetur Goethi nostratis illud [1]):

‚ni sentiatis, non potestis assequi'.

Atque quoniam et de singulis uerbis et de ornatu orationis exposuimus, reliquum est ut

DE CONPOSITIONE [2])

dicamus. Blassius l. cl. recte monet uerba in oratione XXXIII plerumque ita collocata esse, ut circuitus et quasi orbis quosdam efficiant. nec tamen nimis operose uel artificiose conprehensiones uerborum factae sunt: nam maximam partem apta et quasi rotunda uerborum constructio continetur concinnitate membrorum [3]), cui summo opere scriptor orationis studet. quod cum in singulis deinceps enuntiatis ostendere longum sit, hanc uel illam sententiam, prout mihi libebit, in membra dispertitam proponere satis habebo:

§. 2: A. *καὶ πολλοὶ ἤδη τῶν φευγόντων ἐν ταῖς ἐμπορικαῖς*

1) Fust. I. pag. 20 ed. Cott. a. 1868.

2) ‚compositio est uerborum structura perpolita' Cornif. rhet. ad Herenn. IIII. 12, 18.

3) parallelismum membrorum nunc barbare dicunt.

a) παραγραψάμενοι κατὰ τὸν νόμον τουτονὶ b) καὶ εἰσελθόντες εἰς ὑμᾶς

A. ἐξελήλεγξαν τοὺς δικαζομένους

a) ἀδίκως ἐγκαλοῦντας b) καὶ ἐπὶ τῇ προφάσει τοῦ ἐμπορεύεσθαι συκοφαντοῦντας.

§. 9. A. οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ μετὰ ταῦτα

a) τῆς τραπέζης ἀνασκευασθείσης

b) καὶ τοῦ Ἡρακλείδου κατὰ ἀρχὰς κεκρυμμένου

A. ἐπιβουλεύει οὑτοσὶ

a) τούς τε παῖδας | ἐκπέμψαι | Ἀθήνηθεν

b) καὶ τὴν ναῦν | ἐξορμίσαι | ἐκ τοῦ λιμένος.

§. 11. A. a) καὶ ἐγὼ μὲν,

b) ἐπειδὴ ἔλαβον τοῦτον ἀδικοῦντα,

c) διωρθωσάμην ὑπὲρ ἐμαυτοῦ καὶ τοῦ ξένου,

B. a) ὁ δὲ

b) ὥσπερ ἀδικούμενος ἀλλ' οὐκ ἀδικῶν

c) ἐμέμφετό μοι, καὶ ἠρώτα

α) εἰ οὐχ ἱκανόν μοι εἴη αὐτῷ ἀπολυθῆναι τῆς ἐγγύης τῆς πρὸς τὴν τράπεζαν,

β) ἀλλὰ αα) καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀργυρίου τοῦ Παρμένοντος τὴν ναῦν κατεγγυῶ καὶ τοὺς παῖδας,

ββ) καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπου φυγάδος ἀπεχθανοίμην αὐτῷ.

§. 16. a) ἐπειδὴ γὰρ | ἤσθετο | ὁμογνώμονας ὄντας | ἐμὲ καὶ τὸν Φ.

b) καὶ | ἔγνω | καταδιαιτήσοντας | ἡμᾶς ἑαυτοῦ,

A. λῦσαι βουλόμενος τὴν ἐπιτροπὴν διαφθεῖραι τὰς συνθήκας ἐπεχείρησε κτέ.

cf. 1. 2. 8. 12. 15.[1]) 26. 32. 37 cet. ceterum ex hoc

---

1) οἷς οἱ δόο γνοίησαν, τούτοις ἐπάναγκες εἶναι ἐμμένειν: animaduerte h. l. pronomen relatiuum pronomine demonstratiuo sub-

studio membra aequabilia reddendi nata est diuisio notionis alicuius per *οὔτε — οὔτε* effecta, qua duobus locis oratio astrictior efficitur:

3. *ἄλλου συμβολαίου οὐκ ὄντος* | *οὔτε ναυτικοῦ*
ἐμοὶ πρὸς τοῦτον | *οὔτ' ἐγγείου.*

13. *ἐμοὶ μὲν οὔτε μεῖζον*
οὔτ' ἔλαττον[1])
πρὸς αὐτὸν συμβόλαιον γέγονεν.

ad concinnitatem membrorum autem non raro adcedit decussatio — sic *χιασμὸν* Latine appellare audeo —, qua membrorum collocatione membra artius conectuntur. cf.

§. 3. *ἐγκαλοῦντος δέ μοι Ἀπατουρίου τὰ ψευδῆ καὶ παρὰ τοὺς νόμους δικαζομένου*

cf. §. 8 *λαβὼν τὰς ζ' μνᾶς — τὰς τρεῖς ἀνθομολογησάμενος*, 17 *διαιτητὴς εἴη ὁ Ἀ. — τὸν δὲ Π. καὶ ἐμὲ οὐδενὸς κυρίους εἶναι*, 19 *ἠφανισμένων τῶν συνθηκῶν καὶ τῶν διαιτητῶν ἀντιλεγομένων — οὐ γραφεισῶν δ' ἑτέρων συνθηκῶν τῶν δὲ ἐξ ἀρχῆς ἀφανισθεισῶν*

§. 5. a) *διὰ δὲ τὸ ἀφῖχθαι πολλαχόσε καὶ διὰ τὸ εἶναί μοι τὰς διατριβὰς περὶ τὸ ἐμπόριον*
b) *γνωρίμως ἔχω*
c) *τοῖς πλεῖστοις τῶν πλεόντων τὴν θάλατταν.*
c) *τούτοις δὲ τοῖς ἐκ Βυζαντίου*
b) *καὶ πάνυ οἰκείως χρῶμαι*
a) *διὰ τὸ ἐνδιατρῖψαι αὐτόθι.*

§. 28. a) *τίνα γὰρ ἐλπίδα ἔσχον τοῦτον ἀποσχήσεσθαί μου,*
b) *ὃν αὐτὸς ἠναγκάκειν τὰ δίκαια ποιῆσαι;*

---

sequenti quasi in memoriam reuocari. scriptor orationis XXXIII non raro hoc sententiarum quasi uinculo quodam usus est: cf. 4 *ὡς — τοῦτο*, 35 *ὅτι — τοῦτο* et ordine inuerso 28 & 30 *τοῦτο—ὅτι*. adde 32 *σκέψασθε τοῦτο· εἰ μὲν κτέ.*

1) *οὔτε μεῖζον οὔτ' ἔλαττον* = Andoc. I. 29, Dem. XVIII. 139. cf. praeterea *οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα* XVIIII. 17, *οὔτε μικρὰν οὔτε μεγάλην* [XXXXVIII.] 44, *οὔτε πρότερον οὔτε ὕστερον* ibid. 97, *ἐπηρεάζων μοι συνεχῶς καὶ μικρὰ καὶ μείζω* XXI. 14, *ἕως ἂν σώζηται τὸ σκάφος, ἄν τε μεῖζον ἄν τε ἔλαττον ᾖ* VIIII. 69.

b) *καὶ τὴν ἐγγύην αὐτὸν εἰσπράξας τὴν πρὸς τὴν τράπεζαν,*

a) *τί προσεδόκων ὑπὸ τούτου αὐτὸς πείσεσθαι;*

quamquam igitur in uniuersum sine controuersia compositionem etiam si non iucundam et uariam, at certe honestam esse [1]) concedendum est, tamen uerborum continuationes inueniuntur, quas iure reprehendere possis.

recte enim iam Blassius sensit in principio orationis (1. 2) contrarias sententias minus perspicue inter se oppositas esse: nam orationis scriptor in priore membro sententiae eius, quae a uerbis *τοῖς μὲν ἐμπόροις* usque ad *αἱ δίκαι ὦσιν* pertinet, *συμβολαίων ὄντων* ponere neglexit [2]).

nec tamen Blassio equidem id assentiri possum, quod §. 22 structuram liberiorem esse reprehendens dixit. uerba enim sunt haec:

A. a) *ἃ μὲν οὖν περὶ τὴν ἀφάνισιν τῶν συνθηκῶν καὶ τὴν γνῶσιν τῆς διαίτης*
Ἀπατουρίῳ καὶ τῷ διαιτητῇ πέπρακται,
b) *ἐάν ποτε σωθῇ ὁ ἠδικημένος,*
c) *δίκην παρ' αὐτῶν λήψεται.*

B. a) *ἐπειδὴ δ' εἰς τοῦτο ἐλήλυθεν ἀναιδείας,*
aα) *ὥστε κἀμοὶ δικάζεται*
ἐπιφέρων αἰτίαν ὡς ἀνεδεξάμην ἐκτίσειν,
εἴ τι καταγνωσθείη τοῦ Παρμένοντος,
aβ) *καί φησιν ἐγγραφῆναι εἰς τὰς συνθήκας ἐμὲ ἐγγυητήν,*
b) *ὥσπερ προσήκει τοιαύτην αἰτίαν ἀπολύσασθαι,*
c) cα) *πρῶτον μὲν ὑμῖν μάρτυρας παρασχήσομαι, ὡς οὐκ ἠγγυησάμην ἐγὼ τὸν Παρμένοντα,*
ἀλλ' Ἄρχιππος Μυῤῥινούσιος,
cβ) *ἔπειτα πειράσομαι καὶ ἐκ τεκμηρίων τὴν ἀπολογίαν ποιήσασθαι.*

haec quidem structura artificiosior potius quam liberior mihi uidetur: nam inter se respondent a et a, b et b, c

1) ‚compositio debet esse honesta iucunda uaria' Quintil. institut. orat. VIIII. 4, 146.

2) quo factum est, ut in codice *Σ μή* ante uerba *γενομένων συμβολαίων* temere omitteretur.

et c, pars autem posterior B parte priore A maior est membris Ba et Bc in minora membra diuisis, membra Ab et Bb denique, quamquam ad consequentia (ἀποδόσεις) Ac et Bc pertinent, tamen inter propositiones (προτάσεις) et consequentia (ἀποδόσεις) interiecta sunt [1]), qua quidem re factum est, ut Biassio structura liberior uideretur.

sed uero offendendum est in paragrapho uicesima: οἰκοῦντος γὰρ αὐτοῦ ἐν Ὀρρινίῳ διὰ τὴν οἴκοθεν φυγήν, ὅτε ὁ σεισμὸς ἐγένετο ὁ περὶ Χερρόνησον, συμπεσούσης αὐτῷ τῆς οἰκίας ἀπώλοντο ἥ γυνὴ καὶ οἱ παῖδες: cumulati enim genitiui absoluti, cum nec coniunctione coniuncti sint nec alter ab altero pendeant, uerborum continuationem hiulcam reddunt. id quod iam sensit ille nescio qui, qui ante συμπεσούσης participium καί uocem insertam esse uoluit, quam scripturam codd. Marciani F & Q praebent. uerum eodem uitio proxima sententia laborat: ἐ δὲ Ἀριστοκλῆς διαμαρτυραμένου τοῦ ἀνθρώπου ἐναντίον μαρτύρων πολλῶν μὴ ἀποφαίνεσθαι καθ' αὑτοῦ ἄνευ τῶν συνδιαιτητῶν, ἀποδημήσαντος τοῦ ἀνθρώπου διὰ τὴν συμφορὰν ἐρήμην κατ' αὐτοῦ ἀπεφήνατο τὴν δίαιταν. quae uerborum comprehensio eo praeterea nomine uituperanda est, quod τοῦ ἀνθρώπου iteratum est. atqui hoc uitium perquam facile euitare potuit orationis scriptor, si scripsisset: διαμαρτυραμένου . . . συνδιαιτητῶν ἐρήμην κατ' αὐτοῦ διὰ τὴν συμφορὰν ἀποδημήσαντος ἀπεφήνατο τὴν δίαιταν.

itemque uituperanda uidetur paragraphus 25, ubi haec sunt: ἀλλὰ νὴ Δία εὐπόρως διέκειτο, ὥστε ἐνεδέχετο αὐτῷ καὶ ὕστερον ἐπ' ἐμὲ ἐλθεῖν, τότε δ' ἀσχόλως εἶχε περὶ ἀναγωγὴν ὤν. duo sunt argumenta, quae sibi obici facit orator: τὸ εὐπόρως διακεῖσθαι et τὸ ἀσχόλως ἔχειν: quae quidem argumenta καί particula coniungenda erant, ut utrumque pariter cognosceretur. sed orator ὕστερον uerbo motus alterum argumentum per δέ induxit, ut alterius argumenti uis euanuerit.

adcedunt denique minora menda:

---

1) hinc elucet sine causa Reiskio ,ante ὅσπερ aut in illa regione βουλόμενος aut θέλων aut ἀξιῶν aut tale quid deesse uisum esse'.